
QUILIBET APTA SIBI
CHRIST. FRANC. PAULLINI
BUFO
CURIOSUS.
Unda et Terra mihi

BUFO

Juxta Methodum & Leges
Illuſtris
ACADEMIÆ NATURÆ CURIOSORUM
breviter deſcriptus,
Multisque Naturæ & Artis
obſervationibus, aliisque utilibus curioſitatibus,
ſtudiosè refertus,
à
CHRISTIANO FRANCISCO PAULLINI,
Curioſorum ARIONE.

Norimbergæ,
Impenſis Johannis Zigeri, Bibliopolæ.
Typis Chriſtiani Sigismundi Frobergii.
Anno M. D.CLXXXVI.

VIRO

NOBILISSIMO, AMPLISSIMO ET EXCELLENTISSIMO,

DOMINO

JOHANNI PAULO WURFFBAIN,

Med. Doct.

Imperialis, Liberæ, ac Florentiſſimæ Reipub. NORINBERGENSIS Phyſico Ord. inclytæque Acad. Nat. Curioſ. HERMETI II.

Collegæ & Amico meo ſincero, plurimumque honorando,

Salutem & gaudium in JESU crucifixo.

D*Iogenem*, ſeu ut alii rentur, *Heraclytum*, hyeme in tuguriolo furnario, caloris gratiâ, ſedentem, prætereuntes, quos ſordes & vilitas loci ab ingreſſu & compellatione abſterrebant, his verbis invitâſſe ferunt; εἰσιέναι, εἶναι γὰρ καὶ ταῦτα Θεοὺς. *Ariſt. I. P. A. 4.* INTROITE: NAM ET HIC DII SUNT! Simus & Nos *Heracliti*: ſapientiam ambiamus ſinguli. Simus Διογενεῖς. è *Jovis*

Jovis cerebro ſati, quorum præcordia è meliori luto Titan finxit; Simus *cœleſtis ſpiritus particulæ & tanquam Scintillæ ſacrorum in terras deſilientes. Senec. II. de benef. 8.* Verſamur enim in *hyeme* aſperrima, non ſolum, quæ nives ſpargit & glaciem, ſed quæ aureæ ac deſideratiſſimæ pacis æſtatem inſanùm devaſtat, ac imbre ſeditionum & grandine calamitatum totam ferè Europam ſubvertit, nullique ætati nulli ſexui, nulli religioni parcit, ipsâ *Pindari* domô in fumum abeunte. Age, Mi Hermes, ſecedemus in amplum Naturæ Muſéum, ad focum veritatis & faculam experientiæ mentes noſtras illuſtraturi, & tenebroſam exeuntis ſeculi *hyemem*, pigrumq; deſidiæ gelu longiùs à nobis declinaturi, Nunquam otiosi. Quàm mirabilis enim Dominus in omni opere ſuo, in humili plantula, in fœdo & veneno ſo *bufone*! Dixerim ergo: Introite, Vos ſalutis mortaliũ cuſtodes, & Præſides Sanitatis: Vos vitæ mortisq; Imperatores; Vos fidi Naturæ famuli, Introite; Nam et hic Dii sunt. Creatorem non in *cœlo* tantũ miramur & *terra*, vel in *Sole & oceano*, aut *elephantis, camelis, equis, bobus,*

 leoni-

leonibus, ſed & in *minutis* quoque animalculis, *formicâ, culice*, & abjecta noſtra beſtiola. In pretio olim habitus machinator ille, qui, teſte *Pergameno L. XVII.* περὶ χρείας *c. I.* in exiguo annulo *Phaëtonta*, quatuor invectum equis, artificio & ſpectaculô incredibili ſculpendo ita expreſſerat, ut ægrè quidem ὑπὸ σμικρότητος, propter parvitatem, cerni ſingula, at cerni tamen πρὸς αὐγὴν λαμπρὰν, ad claram converſa lucem, poſſent. Nobis potius in deformi luridoq; *bufone* ſplendida venuſtiſſimæ Naturæ miracula, in ſynopſin contracta, longè amœniora apparēt, manum Creatoris ſeriò ſtupentibus. Quidnî exclamem? O τολμηρότατης τῆς Φύσεως ἄγαλμα: *audax Naturæ miraculum!* Sanctè igitur & religiosè cum *Galeno* noſtro L. III. U. P c. 10. *hunc ego ſacrum ſermonem conditoris noſtri verum hymnum compono, exiſtimoque, in eo veram eſſe pietatem, non taurorum* ἑκατόμβας *ei plurimas ſacrificari, & caſias, aliaq; ſexcenta odoramenta ac unguenta ſuffumigari ſed ſi noverim ipſe primus, deinde & aliis expoſuerim, quænam ſit ipſius ſapientia, quæ virtus, quæ bonitas, etiam in viliſſimo & minutiſſimo animalculo. Quod enim*

cultû

cultû conveniente exornare omnia, nihilq; ſuis beneficiis privatum eſſe voluerit, id perfectiſſimæ bonitatis ſpecimen eſſe ſtatuo, & hâc quidem ratione ejus bonitas hymnis eſt nobis celebranda. Hoc autem omne inveniſſe quô pactô omnia potiſſimum adornarentur, ſummæ ſapientiæ eſt; effeciſſe autem omnia, quæ voluit, virtutis eſt invictæ ac inſuperabilis. Quàm ſublimi ſcrutinio digna mira *bufonis* ranarumq; geneſis! Cùm parvæ ſunt, vermes ſunt, rotundô & craſsô corpore. Mas incoitu inſidet quidem, at non ingreditur feminam, nec ullum ejus membrum genitale. Dum igitur femella ejaculatur ova ſua, eôdem quoque tempore ſuum mas incubatione emittet ſemen, & per illius ova diſperget. Curioſiſſima *And. Leuenhook*, obſervatio in *epiſt. ſcript. ad D. Chriſtoph. Wren, Reg. Societ. in Anglia Præſidem* Eminentiſſimum d. 16. Jul. 1683. Scilicet ipſis Kal. April. cepit *ranas* jamjam parituras ova, queîs inſidebant mares inque poſtica corporis parte fortiter preſſi; ut è vaſis deferentibus aliquantulum ſeminis exprimeret. Exemit *ranæ* teſticulos, aperuit, viditq; incredibilem animalculorum numerum inter ſe mo-

torum, iñatantibus parvulis & informibus particulis, quæ in quantitate materiæ admodùm exiguæ vivebant diutiſſimè. Eæ teſticulis poſtea exemtæ poſtridie adhuc vixêre. Cenſuit ergò integrum illorum corpus circiter milleſimam craſſitiei pili partem æquare. *Vid. Nouvell. de la Republ. des Lethres Mois d' oƈtobre Amſterd. 1684.* Quàm ſtrenuus læſi Numinis Vindex aliquando *bufo* fuerit, & quã vafrè eô abuſus ſit ὁ Πονηρὸς, ex innexis patet hiſtoriis, queîs num accenſendæ illæ apud *Cæſar. Monach. Heiſterbac.* de gallinæ inteſtinis in *bufonem* converſis *L. IV. Mirac. c. 86. Add. L. X. obſ. 67. ſeq. & L. XI. c. 39.* Quod verò *Luth. Pſ. CV. v. 30.* in plagis Ægyptiacis *bufonem* meminerit, dicens: Ihr Land wimelte Kröten herauſʒ / in den Kammern ihrer Könige / puto, ad exaggerandam plagæ hujus atrocitatẽ iſtud ſubſtituiſſe vocabulum ſiquidem *Exod. VIII. 6. ranas* cum Ebræo codice *aquaticas*, neque terreſtres, ſeu *bufones*, exprimit. Et Ao. 1553. in villa Thuringica quâdam ad *Unſtrutum* mulier peperit *bufonem* monſtroſè caudatum, cujus iconã vid. apud. *Lycoſth. in prodig. p. m. 630.* At

quâm

quàm multa adhuc innectenda, clamant fortè alii. Non ibo inficias: ſed adde Tu ea, ô Bone, egoq; gloriam *curioſioris* Tibi ultrò cum ampliſſimis gratiis deferam. Reliquam mortalium colluviem, qui, quod non capiunt, carpunt, longùm valere jubeo.

Abſentis ranæ pullis vituli pede preſſis,
unus ubi effugit; matri denarrat, ut ingens
bellua cognatos eliſerit: illa rogare,
Quantane? num (tandem ſe inflans) ſic magna fuiſſet?
major dimidiò: num tantò? cum magis atque
ſe magis inflaret; Non ſi te ruperis, *inquit,*
par eris. *Hæc à Te non multum abludit imago.*

Hor. II. Serm. ſat. 3.

Inter infimos & minimos, cordatos tamen Naturæ ſcrutatores, me lubenter profiteor, crenamque meam algâ viliorem ipſemet reputo, licèt Boni quandoque Viri, amore occæcati, *ranam* putent eſſe *Dianam*. Interim ſi *capræ* pili ſacrifi-

cium DEO gratum ſpondent, *Exod. XXV. 4.* utique non omnem in tenui calcabis laborem. Ecce in eodem prato *bovem canemque*; *ciconiam & Virginem*. Ille quærit *herbam*, hic indagat *leporem*: illa capit *angvem*, hæc carpit *floſculum*. SIC QUILIBET APTA SIBI quærit, reperit, colligit. Quod *barbati* faſtidiunt Magiſtri, ſublimiora parturientes, hoc fortè inſerviet *tyrunculis*; & vel his profuiſſe ſat eſt. Ceterùm, ut *ranæ*, UNDA ET TERRA MIHI! Eadem ſed æqua, mens idem vultus in læta luxuriantis fortunæ *tellure*, ac in turbida procelloſaq; diſcriminum *unda*. Μόνος ὁ σοφὸς πλούσιος. Beatus ille, cui Deus parcâ, quod ſatis eſt, dedit manû. Eja, ARION, repete hymnum tuum: UNDA ET TERRA MIHI! Quò pia fata volunt, quò Te traxerint, aut retraxerint, ſequere.

Denique TIBI NOBILISSIME HERMES, in obſidem honeſtæ, quod pepigimus, amicitiæ fœderis, inq; teſſeram gratæ & ſinceræ mentis BUFO hic ſacer eſto. Accipe Eum, & me, sîs, Totum, ſine fumo, ſine fuco adurnam uſque & aram Tuum.

Siquidem

Tango aras, medioſque ignes, & Numina teſtor:
nulla dies pacem hanc Nobis, nec fœdera rumpet,
quò res-cunque cadet: nec me vis ulla volentem
avertet: non ſi tellurem effundat in undas,
diluvio miſcens, cœlumve in tartara ſolvat.
XII. Æneid. v. 201. ſeqq.

Pudet me prolixiùs heîc Te commendâſſe: cùm nemo bonus unquâm reprehendiret. *Laudator* enim plerumq; inverſis literis fit *adulator*. Sit igitur inter me & Te conſtans æqui verique amor. Hunc qui oderit, oderimus viciſſim, ut *Bufo* araneam, quo de memorabile exemplum recitat Eximius noſter HELVIGIUS, S.R.M. *Sveciæ* Medicus in tr. *de Peſte.* ex *præfat. Tanckiana ad medull. Alchim. Rogeri Baconis*, quæ ſanè notari meretur, & neſcio, an hæc & *Helmontiana* hiſtoria (quam etiam *Gremſius* repetit,) alibi à Nobis citanda una eademque ſit, mutatis

tis licet circumſtantiis aliquibus. Mirabilis interim Creatoris ſapientia, qui *plantaginem* fecit *bufoni* alexipharmacum, idque præſentaneum. Quidnî & Nos in peſte, ictibus aranearum, & hujusmodi caſibus ab eadem plantula, operam & ſolatium præſtolemur? Vive, ut vivas, Deo, Orbi, Æternitati, i. e. FELICITER, & NUNQUAM OTIOSUS!

Dabam *Guelferbyti*, d. XIV. Decembr. Anni exeuntis 1685.

ARION.

In Sym-

In Symbolum Cl. Autoris,

LABORE & CANDORE.

TOta licèt fuerit PAULINI *vita* laboris
Gymnaſium, torſit quod puerum atque Senem.
Candoriſque *ſui fuerit formoſa palæſtra,*
Angvis *ubi &* ſimplex *juncta* columba *fuit*
Attamen ex chartis, cedrinô cortice dignis,
clariùs & candor *promicat atq; labor.*
Teſtem ſiſto canem, *vaſto qui latrat in orbe,*
teſſera Candoris, *præſque* laboris *erit.*
Beſtia ſit, fateor, vel homo fortaſſè caninus,
cuî rationalis *non placet iſte* canis.
Mox leporem *promet: bene! bruta hæc* PAULLINIANA
pabula ſint animi delitiæque mei.
O feſtive lepus, *facis, ô bellaria Divum,*
ut vita in ſano corpore ſana mihi.
Unicus inſtar mille mihi, ſerva vero ſi TE,
non curo reliquos, quos tegit omne nemus.
Quid nunc parturies, quæſo, Celeberrime ARION?
Bufonem: *ingenii magnifici ſobolem.*

Bucci-

❁ ❁ ❁

Buccina candoriſque laboris PAULLI-
NIANI.
cetera ſi deſint, buto *vel eſſe poteſt.*
Salvia *ſuccedat: demum* Veronica *claudet*
agmen: quid claudet? pandet eapſe
viam.
Candore *atque* labore *Tibi, quo plurima*
poſſis
gignere, quæ tempus fortè ſtupebit anus.
Euge BONUM FACTUM! *Vixtî* candore,
labore,
vivis, adhuc vives, dulcis ARION, *eô.*
Quem labor & candor *vivum provexit*,
in urna
nonne hujus candor *præco* laborque
ſiet?

C. P. E. A. C.

PEſtifugum ſi, *buſo*, tuum fas credere
virus;
certiùs hîc *Momum*, *buſo*, fugare
potes.

f.
Auguſtæ Vindelicor.
Lucas Schröck. Jun. M. D.
Reip. Patr. Phyſ. Ordin. Acad. Nat.
Cur. Adjunct. dictus CELSUS.

Quid

Quid noceat *bufo* gaudens latitare cavernis,
contrà quid nobis conferat ille minax.
Corporis & partes quæ ſint medicina ſalubris,
& miranda ſatis prodigioſa ſimul.
Hæc doctô calamô perſtrinxit noſter *ARION*,
cujus fama viget, lausque, decusque manet..

Sic Nobiliſſ. & Experientiſſ. Autori accinebat in Imperiali Svevorum Ulma

Eberhard Gockel, Med. Doct,
Sereniſſ. Duc. Würtenb. Weilting. Archiat. Lib. Reip. Ulmens. ac diverſor. S.R.I. Statuum Phyſ. Ord. Curioſorum ALECTOR.

INDEX

Quod felix fauſtumque eſſe jubeat Naturæ & Artis Autor, DEUS in ſecula benedictus!

SECTIO PRIMA,
eaque
THEORETICA,
Philologico - Hiſtorico-Phyſica.

CAPUT I.
De nomine Buſonis.

§. I.

QVàm laudabilis & antiqua conſvetudo ſit à nominibus auſpicari diſcurſus, in limine *Cynographiæ* noſtræ Curioſæ fuſiùs evicimus. Ritui huic methodicè inhærentes, etiam *buſonis* vocem ſynopticè

enucleabimus. Non nemo derivat à græco βοῦ, quod in compoſitione auget, e. g. βούγλωσσος, lingucula, eſt piſcis genus, at quodnam, ſeu quale? à *linguæ* forma ita dictum. *Oppian. L. 1. Halievt. v. 99.* βούλιμος, priſcis πούλιμος, quaſi πολύλιμος, *improba ventris rabies*, L. II. *Æneid. v. 356.* ſeu *vacui ventris furor*, *Juven. Sat. XV.* βουπονηρὸς βορνεία, apud *Juſtinian. Novell. 6. exquiſitè improbum adulterium*; βούπαις, *magnus infans* βούσυκος, *magna ficus*, βούπεινα *magna ſitis*, *bucera ſecla ferarum* apud *Lucret.* & *Bucerii* greges apud *Nonn. Marc.* i. e. queîs *grandia* ſunt *cornua*. Βουκέφαλος equus Alexandri; inde *Bucephale*, Indiæ urbs,, *Juſtin. L. XII.* c. 8. Minimè enim ab aſpectu torvo, ſeu ab inſigni *taurini* capitis armo, ita dicitur, ut *Plin.* retur *L. VIII.* c. 42. cùm non fuerit, judiciô *Gellii*, *L. V. C. XI.* nomine & capite *Bucephalus*. Si enim formâ ſpectabilis, & XIII. talentis emtus, ut *Supplem. Curt.* habent, utique etiam *boni equi* dotes, i. e. *arduam cervicem*, *argutumque*, ſeu *exiguum*, caput, cenſente *Varrone*; non invidebimus eidem. Equi enim *bubulum*, ſeu *monſtroſè* magnum, tanto Regi fuiſſet delitium?

Etymol. atina βοῦ.

βουκέφαλος.

boni equi dotes.

Regi-

Regibus hic mos eſt: ubi equos mercantur, opertos
Inſpiciunt: ne ſi facies (ut ſæpe) *decora molli fulta pede eſt, emtorem inducat biantem*
quod pulcræ clunes, breve *quod* caput, ardua *cervix*. *Horat. I. Sat. 2.*

§. 2. *Equum* dicunt, annon rectiùs *equam?* refert enim ex *Bellonio Cl. Piccartus in Periculis Criticis c. 1.* incolas urbis *Philipporum* làpidem è marmore Thaſio oſtendiſſe excavatum, quem *equæ* (ita κατ᾽ ἐξοχὴν vocant *Bucephalum*) præſepe fuiſſe dicunt. Generoſiſſimi olim in *Theſſalia* equi, variisque notis impreſſis, ſeu potius inuſtis, nobiles, inprimis βουκεφαλὴ herbæ, quô ſignô notati omnes dicebantur *Bucephali*. Scimus autem, quam infames fuerint Theſſali *veneficiis & magicis artibus*, idque ex *Plaut. Amphitr. act. IV. Sc. 3. v. 9.* patet, qui ita: *ego pol illum ulciſcar hodie* Theſſalum veneficũ, *qui perversè perturbavit familiæ mentem meæ. Et Tibull. L. II. eleg. 4.* nec non *Horat. I. od. 27. Quæ ſaga; quis te ſolvere* Theſſalis magus venenis *poterit?* i. e. quæ mulier *venefica & incantatrix*, quis *Magus* poterit te ejus amore liberare *Theſſalis veniens*, i. e. efficaciſſimis her- *Alex. M. equa.* *Bucephali multi.* *Theſſali venefici.*

bis, quarum *Theſſalia* ferax interprete

βουκράνιον *Bondio.* Βουκράνιον verò, ſeu ἀντίῤῥινον, καὶ ἀνάῤῥινον *Dioſcoridi* dictum, quòd fructû *vituli naribus* ſimile ſit. Hinc Teutones vocant Kalbs-Naſe / *Theophraſt.* ἀντίῤῥιζον, *Plin. Lychnidem agriam*, & iuxta alios, *L. XXX. c. 2. cynocephalium* Bracken-Haubt / ſeu Hundes-Kopff/ ideò quòd ſeminis conceptaculum *canis calvam, cute & carne exutam*, referat, alii aliter. *L. Apulej. de virt. herbarum. c. 86.* Noſtrates Steck-Kraut / ſeu

ejus vires. Orant/ vel Dorant/ nominant, venena innocua facere *artesque Magicas* abigere ex *Theophraſt. L. IX. Dioſcor. L. IV. c. 128. Plin. L. XXV. c. 10.* diſcimus, idque tam præſervandi, quàm curandi intentione putâ appenſione, fumigatione, ſuppoſitione, balneatione ut ex *Carrichtero* docet Cl. *Schröder. L. IV. Pharm. Med. Chym. Cl. I. p. 18.* ideo etiam emplaſtrum fœtidum *Mynſicht. in Armamentar. Med. Chymic. Sect. XXXVI. p. m. 513. & Joh. Agricol. Tr. V. Chirurg. parv. p. m. 648.* cate nobilitat, utrumque verò ad *maleficia & incantationes* ſtupendum & cœlitus quaſi demiſſum.

Hiſtoria. Sanè vidit *D. Petr. Andr. Matthiol. in Herbar. à Camerario tertiâ vice. Francofurt. ad Mœn. Anno 1600. edit. p. m. 416. B. c. p. canem* catenarium, omnes

omnes advenientes aliàs allatrare ſolitum, qui verò à *veneficis*, ut ſuſpicatur, furta forſan in arce meditantibus, adeò mutus factus, ut intra octiduum non latrârit: Poſitô autem *antirrhinô* in domunculam ejus, mox latrare cœpit. Et *D. D. Joh. Ludov. Ganſius* in ſua *Corall. hiſtor.* impr. *Francof.* Anno 1630. novit quendam magni nominis, qui plurimos à *veneficis* incuſſos morbos ſeq. pulvere profligavit.

Rec. Corall. rub. & alb. dent. hom. demort. ana. *drach.* 1. *Hebr.* & *ſem. antirrhin. drach.* 11. F. pulv. quô ſuffumigentur partes affectæ. Suſpicor itaq; ſuperſtitioſiſſimos *Theſſalos*, faſcinationes mirùm quantùm metuentes, hujus plantæ *βυκράνιυ* iconâ iis reſiſtere cenſuiſſe, ideoque hanc *notam* equis ſuis nobilioribus inuſſiſſe, qui inde dicti ſunt *βυκέφαλοι*. *βυκράνιον equis impreſſum.*

§. 3. Hinc non ineptè ſentiunt, qui *bufonem* inde derivant, quòd in obvios ſibi *magnó impetû* ſpiritum efflat, & ad adſpectum ſubitò ſpirat *βῦ βῦ*, uti nos ſeriò cum conatu aliquid acturi, cùm ſpiritu crebrius efflamus *βῦ*, *βῦ*. Alii ſcribunt *bufonem*, ut *Franc. Ranchin. tr. de morb. ſubitan. c. XXII.* ſed malè. *buffo*

Buffones *gigno putridâ tellure ſepultus*
humores pluvii fortè quòd ambo ſumus,

Humet is & friget; mea ſic vis humet &
alget,
cùm perit in terra, qui prius ignis erat.
inſit *anſer*, ſeu *anas*, in poëm. *Joh. Urſini.*
§. 4. Graji. vocant Φεῦνον & Φρόνον,
Ariſt. Φρύνην: Etymologus Φρύνεον re-
ctiùs Φρήνεον, ſi à Φρὴν, quòd venenum
ejus *mentem* feriat, ſeu *caput*, & vertigi-
nem aliaque parturiat mala, detor-
queas, vel ἀπὸ τῆς Φρυγάνου potiùs, à fruti-
ce. Legitur etiam Φρύνεος, Φρύνιον
Chryſippo quidem apud *Plin. L. XXX.*
c. XI. Φρυγάνιον febribus quartanis alli-
gatum mederi putat, ſed, quid ſit; non
addidit. *Nicander* & alii è Grajorum
medentium turba, Φρύνον dicunt. Inde
Φρῦνις Φρύνις, Citharædus *Mitylenæus*, *Phryne*,
famoſa olim meretrix *Geſner. L. II. de*
Φρύνιον *quadrup. ovip. p. 73.* Φρύνιον planta con-
tra *bufonium* virus in vino ſumtum,
Iönes *neurada* vocant, alii *poterion*. Vid.
Caſp. Bauhin. Pinac. theatr. botan. L. X.
ſect. VI. p. m. 388. Luciano dicitur Φύσα-
λος, quòd leviter tactus mirè *turgeat*,
Qui μύοξον nominant, fallunt & fallun-
tur. Μύοξος autem *glirem* denotat.
german. Germani dicunt ein Kröte/ Krotte/ Ta-
ſche/ Pogge/ Flandri eine Patte.
Krottens- §. 5. An inde *Krottendorf*, Præ-
dorff. fectura Elect. Saxon. cui nunc præeſt
Dn. Johann. Georg. Rachhalß/ cuique

Pol-

Pollux noſter, amiciſſimus *Garmannus*, *hominem* ſuum *ex ovo* inſcripſit, aut Dynaſtæ Saxonici à *Krottendorp*, equidem dubito. Hoc tamen ſcio è literis *Reinhart.* Epiſcop. Halb. dat. XV. Kalen. Novemb. Anno 1118. indict. XI. Dominum *Ottonem de Krottendorp*, pro ſe & uxoris ſuæ, *Huyſburgi* ſepultæ, filiorumque ſuorum memoria, laudatiſſimo cœnobio, O. S. B. in Principatu Halb. IIX. manſos dediſſe. *Comites* fuiſſe, ſeu *Dynaſtas*, ex *Chronic. Lauterb. ad Ann. 1131. p.m. XI.* apertiſſimè conſtat. Refert enim *S. Northertum*, Archi-Epiſcop. Magdenb. Eccleſiam in *gratia Dei*, (zur Gottes Gnade/) in honorem S. DEI Genitricis, & S. Victoris. Mart. de proprietate *Nobilis Viri Ottonis*, *Comitis* de *Cruddorp*, fundaſſe, *primosque lapides* cum præfato Comite, *propriis manibus in fundamento poſuiſſe, eundemque Virum, ſeculo renunciantem*, in Eccleſia, cujus erat fundator, *Canonicum feciſſe, & in Diaconatûs ordinem promoviſſe.* In literis *Rudolfi*, Epiſcop. Halb. Ann. 1113. indict. VI. *Maranardus & Otto* de *Crottorp*, inter teſtes reperiuntur. Nobiles Bavari à *Krottendorf*, quorum inſignia in ſcuto rubro *unicornu* album pedibus anterioribus protenſis,

erant Dynaſtæ.

& Nobiles.

& in galea coronata idem. *Siebmacher* im Wapenbuch *P. I. p. m. 68.*

Croto Saxonum. §. 6. *Croto* autem, ſeu *Crotus*, vulgò der Kroten-Teuffel/ vetus Saxoniæ idolum prope *Hartzburgum*, in quo *Saturnum* ſeu *Tuiſconem*, adorabant, eiq; ſacrificabant, ab *Hermanno Stange fol. in præf. L. I. Annal. circul. Weſtp. p. m. 60.* & *L. II. Annal. c. 1. p. 2.* depingitur, fuſiusque exponitur. Adde ſis *Albert. Kranz. 1. Metrop. 3. G. Fabric. L. I. de origin. Saxon. p. 61. Baron. T. IX. Annal. ad Anno 780. Pomar. Chron. Saxon. pag. 28. ſeq.* Putant nonnulli adhuc *Sondershuſæ*, in culina Comitis *Schwarzburgici*, ſupereſſe idolum, at *Pieſterus* eſt,

Pieſterus. cujus imaginem dedit *Bias* noſter *Curioſus*, Cl. *Scharffius*, Amicus & Collega venerandus, in ſuo *de Junipero tract. c. VIII. p. m. 104.* Hæc imago ærea ſi adimpleatur aquâ, aliisque rebus diverſarum qualitatum, & ſuprà ignem, obturatis foraminibus in capite & ore ligno firmiſſimè, collocetur, paulò poſt cùm incaleſcit, humor tranſudat ſudoris inſtar. Succedente verò tempore & accreſcente calore obſtacula foraminibus intruſa & admota maximo cum impetu rejicit, magnoque cum fremitu & boatu igneam evomit flammam, maximo cum terrore,

re, ſummâque cum admiratione adſtantium.

§. 7. Quoad *bomonymiam*; frequentiſſime *bufonis* nomen in *conviтiis* Thuringorum, inprimis *Erfurtinorum*. Ibi enim ſingulari contumeliâ aliquem aſperſuri, vociferantur: Du Bach- oder Feuer-Kröte. *Palinurus* Plautinus *Planeſium* virginem vituperatura, eam *perſollam* vocitat, i. e. interprete *Taubmanno*, du kleine unnütze Kröte. *Curcul. a. I. ſc. III. v. 36.* Rectiùs tamen hæc convitii formula à *Crodone*, idolo Saxon. quàm *bufone* derivabimus. Vid. *Kranz. II. Sax. 12. L. I. Metrop. 3. Sched. de Dis-German. Syngrammat. IV. c. 2.* Qui cives *Dinienſes Carolum*, Burgundiæ Ducem *bufonem* nominantes, abs eodem puniti fuerint, narrat *Prætorius* in der neuen Welt-Beſchreibung in der Vorrede über den andern Theil.

bomonymia.

Bach- uñ Feu-kröt/

§. 8. Ita Scholares ſubinde vocantur *vulpeculæ ſcholaſticæ*, Schul-Füchſe. At unde nominis hujus origo? Erat olim vir bonus & eruditus, qui plura in receſſu habebat, quàm primâ fronte pollicebatur. Sed interim timidiuſculus & ſemper ferè metuens, ne cœlum rueret. Is igitur è ſchola triviali, cujus in pulvere aliquot jam annos deſudârat, *Jenam* reverſus,

Schul-füchſe/

officiô publicô in Academia functurus. Gerebat illetum pallium *pelle vulpinâ*, ſuffultum. Ab hac veſte, vitæque prioris conditione mutatâ, nonnulli ſtudioſorum vitulantium eum *vulpeculam ſcholaſticam* dixêre. *Heider. orat. I. de vulpecul. ſcholaſt. p. 16.* Conf. *Cynograph. noſtr. Sect. I. c. 1. p. m. 17.* & *Lagograph. S. I. c. 1. §. 5.*

§. 9. In littoribus oceani Gallici *crappa* quaſi *cráuppauda*, i. e. *rubeta*, dicitur piſcis, quem accolæ maris Balthici Torſch vocant. *Arnold.* Krott/ Secretar. Reverendiſſimi Domini *Ægidii*, olim, Abbat. S. *Pantaleon.* intra Coloniam Ubiorum, & Congregat. *Burſfeld.* nuper Præſidis, ut ex literis d. 6. Februar. 1627. dat. vidimus. *Caſimirus.* *Pogge*, Livonus & *Bernhard. Cröde*, Sileſius, mei olim condiſcipuli. *Tobias* Torch / Pruſſus Chirurg. Candidatus, quo de fuſius in *Cynograph. curios. Sect. IV. c. XI. §. 6. p. 217.* De pago Kröten/ ſub Præfectura *Haynenſi*, in quo *monſtrum biceps* Anno 1658. natum, lege *Eph. noſtr. Curioſ. annal. III. obſ. 156 p. 296.*

crappauda — *Arnold. Krott.* — *Caſimir. Pogge.* — *Bernhard. Cröde.* — *Tob. Torch* — *pagus Kröten.*

§. 10. Dicitur etiam *rubeta* à rubo, juxta quem frequenter latitat: à *forma*, quam cum ranis communem habet, *rana rubeta*. *Rubettum* quippe

Synonymia

vox

vox barbara. Hebr. *Hatſab*, à rad. *Tſaba*, i. e. *tumeſcendo*. Generaliter quodcunque *corpus tumidum* notat, ſpecialiter *bufonem*, ſeu *teſtudinem*. Ita R. *Schelomo*, Interpres Scripturæ V. ab hinc ſeculis præclarus; *Tſab*, ait, eſt reptile, quod *ranæ* ſimile, diciturque *Fuot Bochart. frot* legi voluit, quidni *Krot*, quod *bufoni* apud nos proprium? ita conjicit linguar. Oriental. inſigniter peritus *D. M. Joh. Reiſkius, Scholæ Guelf. Rector. Amicus pl. colendus*. Et licet *bufo* ab aliis dicatur *rana terreſtris*, quarum tres: *bufo* propriè ita dictus *ranunculus viridis*, & *rana temporaria*, (de quibus vide ſis *Ambroſin. L. I. de digit. ovipar. c. 3. & 4. Jonſton. L. 4. H. N. de quadrup. c. I. tit. 2. punct. 2. p. 189. B.*) ego tamen hic de ſolo *bufone*, quem in patria vocamus Kröte differam. Reliqui βάτραχοι, ſeu βότραχοι, quaſi βόατραχοι, quòd vocem habeant *aſperam*, *inſuavem* & *inconditam*, nihil ad me. Βάτραχοι autem γαιῶδες, ſeu χερσαῖοι, delitiæ noſtræ, quæ *aquas* averſantur & *terras* amant.

CAPUT

Caput II.

De definitione & differentia.

§. 1.

definitio realis.

Eſt autem *bufo* animalculum *greſſile quadrupes, è ſuo ovo* vel ſeminio, *ortum, aſpectû deterrimum venenoſumque, uſui* tamen *humano inſerviens.*

explicatur.

§. 2. Dixi: *animalculum,* i. e. corpus ſentiens animatum. Quod, ceu totum *eſſentiale,* dividimus in *materiam & formam,* i. e. corpus organicum, eleganter & artificioſè à Triuno Numine ad varias operationes edendas, conſtructum, & animam ſenſitivam. *Neque enim* (ait *Galen. XVII. U. P. c. 1.*) *in ſolo homine tanta eſt ars opificis & providentia, ſed in quocunq; animali; & quantò* minus *ipſum fuerit,* tantò majorem *ſui excitabit* admirationem. *Curioſum quippe ingenium nobis Natura dedit, & Artis, ſibi pulchritudinis, ſuæ conſcia, ſpectatores nos genuit, proditura ſui fructum, ſi tam magna, tàm clara, tàm ſubtiliter ducta ſolitudini oſtenderet. Hæc qui contemplatur, quid DEO præſtat? ne tanta ejus opera ſine teſte ſint. Senec. L. de vit. beat. c, 12.* Ut totum verò *univerſale, ſeu, at genus* ſub ſe habet *ſpeciem,* irrationale ἄλογον, ſeu *brutum,* cujus φαντα-

elegans Gal. locus,

& Senecæ.

σική

ψυχὴ ἐϛὶν ἡ φύσις *Iſid. Peluſ. II. epiſt. 119. cui non eſt intellectus. Pſalm. XXXII. v. 9.* & quidem *quadrupes, greſſile & terreſtre.* Quod enim alii *bufonem* ἀμφίϐιον faciant mihi non placet.

§. 3. Originem dat *ovum,* ſed proprium, ut omnibus reliquis animalibus. vid. *Cynogr. Cur. Sect. I. c.* III. 55. Stulta enim *Avicennæ, Cardani, Alberti,* (citante *Magiro L. V. Phyſ. c. 14.*) aliorumque opinio, dicentium; quòd animalia IN matrice generata, etiam EX putredine oriantur. Generatio *propriè* ſumta eſt, quando generans genito communicat *eſſentiam,* ſimilitudine *ſpecificâ* minimè diverſam, ad perpetuam ſpecierum conſervationem. Dicitur vulgò *univoca.* *Impropriè* verò accepta eſt, quando generans & genitum ſunt *diverſiſſimæ* ſpeciei. Hinc *Stagirita* cum Solduriis ſuis anguillas, *bufones,* ranas, &c. vi caloris ſolaris, è *putredine* naſci ſomniat *L. VI. H. A. C. 16.* Hancque ineptè vocant *æquivocam,* cùm tamen nulla ſit, & tàm codici Scripturæ, quam Naturæ, è diametro adverſa, purum putum otioſi cerebelli figmentum, jamdudum à Nobis, aliisque ſexcentis, animosè exploſum. Veriùs & prudentiùs Poëta *L. XV. Metam. f. 32.*

origo ex ovo.

generatio univoca.

æquivoca,

non datur.

Semina

Semina *limus habet, virides* generantia ranas.

IN, non EX, putredine naſcitur anguilla, ſcarabæus, *bufo* &c. quod ſciſſe debebat *Schott. L. VII. Phyſ. Curioſ c. 18. p. m. 738.* Erat quidem in *leone* à Simſone poſtrato, *apum* examen, & magna mellis copia, *Jud. XIV. 8.* ſed *ſubjectivè* tantùm ei inhæſere. *Manifeſtat putredo* latentia ſemina, *quæ antea ſub totius domicilio deliteſcebant*, infit Doctor meus *Thom. Bartholin. L. III. de luce animal. probl. 3.* Silentium igitur, *Plutarche*, L. II. συμποσιακῶν qu. 3. angvillarum generationem *univocam* inficiaris. *apes in leone.*

Obſervat. Mylii. Curioſæ quidem *Mylii* obſervationi nihil omnino derogabimus in *Ephem. Erudit.* à *Cl. Nitſchio verſ. T. IV p. m. 15 1.* hoc ſaltem addimus: non *EX* rore, neque *à* Sole, vel *ex* ceſpitibus prodire angvillas, nec *ex* guttula aquæ, ſolo dextræ mancipii aſperſæ, quod in vico quodam *Danenſi* novi orbis provincia fieri aſſerit *Petr. Martyr. Decad. III. rer. Ocean. L. VI. nec ex* anate mortuo, vel *ex* ſanguine menſtruo, ut *Porta L. II. Mag. nat. c. 20. p. m. 50.* vult, ſed *è* ſuo ovo, *e* ſuo ſeminjo naſci *bufones*. *bufo è ſuo ſemine,* *Vulvam* in fœminis, *ſemen* in maribus angvillis vidit *Sperling. L. V. Zool. c. XI. Ephem Curios. noſtr. T. I. obſ. 119. Add.*

Ex-

Excell. D. D. Franci, Univ. Heydelberg. Procancellar. & Prof. Primar. Elect. Trevir. Ducis Würtenb. & March. Badenſ. Archiat. Curioſ. A R G I, Amici honoratiſſimi, ſat. Med. continuat. VII. p. 3.

§. 4. Ut ipitur canis generat canem, leo leonem, ſic *bufo* bufonem, *IN* (at non *ex*) putrilagine, ſeu limo, nec ſangvine menſtruo putrefacto. Plantis & animalibus, etiam minutisſimis, abjectiſſimis & venenoſiſſimis D. O. M. vim indidit ſeſe multiplicandi, juxta uniuscujusque ſpeciem. *Gen. I. v. 12. ſeq.* Quam poſt diluvium quoque confirmavit, *Gen. IIX. 17.* ubi Deus benedictionem illam non φυμαλικὴν, ſed πραγματικὴν repetiit. Notanter enim dicitur *v. 19.* quòd ſigula *greſſilia* (quidni etiam *bufones?*) ſe ſui ſimilibus aſſociarint, exque arca egreſſa ſint. *Schott. L. VII. Phyſ. curioſ. c. 18. animalia* tantùm *perfecta è ſemine* naſci putat, reliqua (*imperfecta*) *è putredine.* At*Ↄum* quæ *imperfecta* ſunt? oſtende mihi vel unicum, etiamſi totam excuſſeris Naturam. Cuncta annon *valdè bona*, quæ Deus patravit? *Gen. I. v. 31. ſi valde bona*, quidni etiam *perfecta?* Omnia DEUS (etiam *bufones*) *in ſapientia* fecit, Pſ. CIV. 24. Si *ſapienter*, cur tamen *imperfectè?* Rideo ergò vaniſſimam ſcho-

omnia ſeſe multiplicant.

omne animal perfectum

larum

larum diſtinctiunculam inter animalia *perfecta & imperfecta.*

quadrupes §. 5. *Quadrupes* animalculum eſt, ideò reliquis perfectius ſui generis; ſed *aſpectu deterrimum* & maximè *veneno-* *veneno-ſus bufo.* *ſum*, phraſi *Kircherianâ L. de peſte S. III. c. 6. p. m. 343. quædam terreſtris toxici & contagioſæ virulentiæ burſa*, ut infrà pleniùs dicetur. *Helmont. error.* Fertur *Helmont. in Tumul. peſt. p. m. 886. b. bufonem* tantæ formidinis eſſe, ut, ſi potius directo aſpectû ante teipſum aliquandiu intuearis intentis oculis per horæ quadrantem, nec aufugere queat, ſed moriatur præ terrore. Proba, & contrarium videbis. *bufo nobilior Sole.* Præſtantior tamen *Sole*, *miraculô Altiſſimi. Eccles. XLIII. 2.* omnibusq; aſtris, & nobilior omni plantâ. *ratio.* Gaudet enim bufo *formâ*, ſeu animâ ſenſitivâ. Hæc eſt ἐντελέχεια, quâ objecta αἰσθητὰ percipit, dignoſcit, & appetit, locôque movetur. Vi facultatis *cognoſcentis* gaudet omnibus ſenſibus in- & externis, unà cum eorum accidentibus. Videt enim, audit, olfacit, guſtat & tangit. Habet ſenſum communem & phantaſiam ac memoriam, dormit & vigilat. Potentiâ facultatis *appetentis* ſalutaria appetit, quod noxium, declinat. Amat oditque, lætatur & iraſcitur, ſperat & timet. Ope facul-

facultatis *loco moventis* fertur de loco in locum, de tumulo in vallem, ad objectum vel proſequendum vel fugiendum. Dixi: *aſpectû deterrimum.* Vide enim tumidum membrorum ductum, oculorum truculentiam, funeſtum faucium hiatum, & totum animalculum ante retroque. Hinc lemma apud *Picinelli in Mund. ſymbol. L. VII. c. 4. animus turpi ſub corpore vilis. Venenoſumque;* inde *bufo* in medio igne collocatus cum ſymbolo: *Undique virus* loc. citat. *aſpectu deterrimo.*

§. 6. *Uſui tamen humano inſerviens* Propter hominem, θεῖον iſtud ζῶον, totum hoc mundi σύστημα factum, & adhuc conſervatur: nec ulla datur ſpecies, quæ non homini ſuum offerat ſervitium. Huic *admirabili monſtro Plat. L. IX. de Rep.* univerſa parturit Natura. Eſt enim *finis ἁπάντων. Ariſt. II. Phyſ. 2.* non aliquod *incogitatum aut tumultuarium Naturæ opus. Senec. L. VI. de beneſ. c. 23.* *uſui humano inſerviens.*

§. 7. *Differentia* ſumitur (1) *à loco.* Reperiuntur quidam in Saxorum commiſſuris. *Sneberga & Mansfeldiæ* eductus primò turget, at mox extinguitur. *Toloſæ* in Saxo arenario rubro albis maculis diſtincto reperitur. *Add. Geſner. l. c. p. 74.* Agricola in illis, *differentia. (1) loco*

è quibus lapides molares fiunt, *πυρίφρυνον* vocat eine Feuer-Kröte. *Jonſton. L. IV. de quadr. digit. ovipar. cute tect. c. I. art. 2. P. I. p. 189.* Quocirca omnia iſta ſaxa priusquam molares exinde conficiant, perfringunt, quod niſi fecerint, ranæque, ubi molæ verſantur, concaluerint, inflari ſolent, &, diſruptis molis, frumenta venenô inficere. Alii ſunt *paluſtres*, qui apud nos minùs vulgati, at in Hiſpania frequentes.

(2) *figurâ.* Alii *terreſtres*, qui vulgatiores. (II.) *Figurâ*, cunctis notâ. Monſtroſum *caudâ anguinâ* depinxit *Aldrovand. L. I. hiſt. ſerpent. & dracon. p. m. 61.* alium dabit *Jonſton. loco* noviſſimè dictô. (III)

(3) *colore* *Colore*: noſtratium *cinereus, luridus, fuſcus, nigricans, maculis,* & veluti *puſtulis*, diſtinctus. Vidimus aliquando in vepribus *croceum ſtupendæ* magnitudinis. In Galliæ pertibus genus quoddam eſt, quod *cornutum*, à ſono vocis, ita dicunt, quia *cornifare* videtur. Cùm enim prodeunt, voces *tubarum* edunt, duoque ſibi invicem reſpondent. *Hafenreff. de cut. affect. L. III. c. 9.* In lacû *Mexicano* lactiflui ſunt. *Nierenb. L. XI. H. N. c. 29.* qui de variis *rubetis* indicis, colore, magnitudine, & venenô inter ſe diſtantibus, ſingularia collegit *L. XII. c. 28.* (IV) *Magnitudine.* Noſtrates

(4) *magnitudine.*

tes *ranas* majores æquant, vel tamen parùm ſuperant. Braſilienſibus dicuntur *Cururum*, ſuntque duplô majores Europœis (V) *veneno.* Unum enim genus altero *nocentius*, rectè pronunciat. *P. Andr. Matthiol. Comment. in L. VI. Dioſcorid. c. 31.* Eos magis venenatos cenſet *Ezler in Iſagog. Phyſ. Mag. Med. c. VII. p. m. 163.* qui in locis degunt *umbroſis* quò radii ſolares non pertingunt. Sol enim *venenis* adverſatur, & inprimis antipathicis *Saturninis.* Quare fit, ut ratione loci harmoniaci, tenebroſi nempè, Phœbumque neſcii venenum *Saturninum* augeatur in animali *Saturnino & Lunatico.* Indicus *medici* veneni, inuſitatæ verò magnitudinis, *Aquaqua* dictus. Mediocres *galeros* exequat, reperitur in calidis regionibus, & ſub maris utriusque littore. *Nierenb L. XII. H. N. c. 27. & Franciſc. Fernandez. in hiſt. reptil. nov. Hiſp. tr. 3. c. 7.* In America *omni venenô carere* dicuntur, ut ex *Lerii c. 10. hiſt. navigat. in* *Braſ.* allegat Exc. *D. D. Fromann,* meus olim in Illluſtriſſimo Athenæo, *Caſimiriano* ad Izam Præceptor fideliſſius, *in Ephem. Curioſ. T. VI. obſ. 189. p. 260.* quodque *Petr. de Oſma & Xarayzius in epiſt. ad Nicol. Monard. apud Cluſ. L. X. exotic. c. 75.* referunt. Contrà *Braſi-*

(V) *veneno.*

Aquaqua.

America ni ſine veneno.

non Braſilienſes. *lienſes*, qui *cineritii*, ſeu *ſpadicei* coloris, *veneno* longè *deteriores* noſtratibus, inprimis felle aſſumtô. *Guilielm. Piſo de Med. Braſil. L. III. p. m. 46.* ubi iconam dabit.

CAPUT III.

De ſpecialiori bufonis deſcriptione.

§. I.

VEnite, ô boni, & videte opera DEI, quæ poſuit *prodigia ſuper terram. Pſalm XLV, 9.* Cantate ei & pſallite, & narrate *omnia mirabilia ejus Pſal. CIV, 1.* ſpeculamini, rimamini, miramini à vertice ad pedes *curioſam beſtiolam*; cujus *caput* craſſum, *caput.* ſine auribus, latumque. Sed vah! quid tu de *lapide bufonio*, ſeu *borace* judicas? *Borax*, quæ vox corrupta à græca *βότραχος*, quæ ſpecies *bufonis* in Gallia & Hiſpania frequens *cornuta*, maculis *croceis*, & *nigris* liventibus. In hujus, *lapis bufonius.* præſertim annoſioris, vertice, ſeu fronte, naſci ajunt *Crapaudinam*, *chelonitem*, ſeu *Batrachitem*, den Kröten-Stein. Alii è cerebro *bufonis*, alii è viſcoſitate, *variorum opiniones.* ſpumæ quam *bufones*, vere congregati, efflant in caput alicujus eximii qſ. Re-

gis

gis *bufonis*, elici fabulantur. Encel. *L. III. de Metall. c. 37. p. 221.* Præſtantiſſimus *Joël T. V. oper. Med. L. II. Sect. 4. p. m. 139.* B. inſit: Geſtant *bufones* in capite *lapillum*, quem noſtrates Þoggenſtein nominant, excellentis efficaciæ adverſus omnia venenorum genera, qui tamen non in omnibus locis reperitur, nec facilè ab iis eximitur. Poteſt tamen commodiſſimâ hâc ratione acquiri: *bufo* vivens quàm maximus in fictili multis foraminibus pervio ex abrupto captus, imponatur, & cooperculô contegatur, ac in *myrmecion*, ſeu formicarum acervum, defodiatur ac contegatur, poſtque menſis decurſum eximatur. Tunc enim in fictili omni carne à formicis exesâ, ſola oſſicula, & in capite *bufonis* lapis reperitur, qui aurô incluſus, & in digito geſtatus omnis veneni præſentiam ſtatim offendit. Sudore enim madeſcit, & ejus lapidis ſcrupulus unus contritus, cumque vino ſumtus, venena tam ſerpentium, quàm & ipſius *bufonis* extinguit. Hæc *Joël*, & cum eo *Aldrovand. hiſtor. ſerpent. & dracon. L. I. p. m. 142.* ac *Lemn. L. II. de O. N. c. 30.* Quæ tamen *rumori* magis *vulgi*, quàm *veritati* conveniunt, addit in margine editio mea *Joëliana Amſtel. ap. Ravenſtein. An. 1663.*

qui acquiratur bufonites.

vulgi dicterium. reviſa & emendata. Dictus *lapis* puero appenſus certô experimentô *lumbricos* necare & expellere, item morſibus *araneæ*,& ipſius ſpumæ contrariari dicitur. At dicitur: Vox & præterea nihil!

quod dedur bufonites. §. 2. Jactat quidem *Braſſavola*, ſe in capite *bufonis* reperiſſe hujusmodi *gemmam*, eſſeq; os potius quàm *lapidem*, eumque ipſum ſe è capite extraxiſſe, colore ad *nigrum* inclinante. Alii eum finxere *album*, ideóque præſtantiorem: alii *fuſcum ſubnigrumque*, qui, cùm in medio habeat guttulam *citrinam*, optimè probatur. *Albertus L. XXII. de animalibus* gloriatur, ſe vidiſſe totum *viridem*, in quo aliquando imago *bufonis* expreſſa. *Sylvatic. in pandect. c. 435.* ſubnectit: lapis hic ſi vivo, adhuc palpitante *bufone*, extrahatur, in medio habere eum oculum *cœruleum*. *Add. Sam. Hafenreffer. L. III. de affect. cut. c. 8. p. m. 495.* Retur *Libavius L. II. Batrach. c. 22. ſchol. 416.* tubercula, quæ *bufones* in capite geſtant, ut videantur *cornuti*, quæque preſſa humorem *lacteum* fundunt, iſtud lac in ſenibus *bufonibus* (in locis calidioribus,) in nodos concreſcere *lapideos*. Conf. *Baubin. de lapid. Bezoar. c. 3. p. 18. Henric. à Braa. de ſimplic. ad venen. L. 1. c. 2. p. 23.* & *L. II. c. 57. p. 282. Bacius* de gemmis c. 61. p. 216.

p. 216. Nos vero cum Celebratiſſimo *negatur.* *D. D. Simon Paulli,* trium Regum Borealium Archiatro, Fautore olim ſingulari, *in Botan. quadrip. p. 164. Geſner. L.* II. *de quadr. vip, p. 65. ſeqq. Boët. L.* II. *de gemmis c. 149. Franc Ranchino, tr. de morbis ſubitan.* c. XXII. p. 625. aliisque cordatioribus Naturæ Scrutatoribus, pro *nugis & fabula* reputamus, quicquid garriunt alii de hoc *lapide.* Quis enim unquam mihi perſvaſerit, tantâ duritiæ ſolidiſſimum *lapidem,* &, experientiâ *Berchtoldi Gratteri Anno 1473.* in valle *Dipachiana* pondere librar. quinque medicinal. Unciis tribus minorem, inventum, in capite *bufonis* ordinariè natum eſſe, poſt prælium iſtud *bufonium* & ſerpentinum *L. XII. Annal. P.* III. c. 37. *à Cruſio* bellè deſcriptum, *à Cl. Jonſton. in admirand. foſſilibus c. XXV. Sect I. p. 181. Libavio L. II. Batrach. c. 23. p. 424, & L.* II. *ſingul. de antipath. p. 148.* ac Nobiliſſimo *Sachſio, Phoſphoro* noſtro, Amico, dum viveret honorando, *in Ephem. Germ. Curioſ. Ann. I. ad obſ. 137.* fuſiùs repetitum. Legi tamen merentur, quæ de *lapide* hoc, deque ejus colore, ſubſtantia, virtute &c. habet *Philipp. Baldæus* in Beſchreibung der Oſt-Indiſchen Küſten Malabar, Coromandel und der Inſul Ceylon f. 162.

verior opinio Wormii. §. 3. Placet potius *Olai Wormii*, Acad. Hafniens. Ornamenti, *L.* I. *Muſ. Sect. II. c. 18.* ſententia, dicentis: ſaltem *inſtar fungi* naſci in ſaxis & petris, neutiquam vero *capitibus bufonum*. Conf. *epiſt. ej. ad Horſt. in Decad. obſ. annat. p. 45. ſeq. & p. 49.* Horum plures poſſidebat Reverendiſſima ac ſereniſſima Abbatiſſa *Quedlenburg*; nata Duciſſa *Bavariæ*, quosque vidit & contrectavit Amicus noſter *Podalirius* III. *D. Jacob.* Schmid/ Archi. Anhalt. Colore erant *variegati*, maximâ tamen ex parte *cinerei & ſubflavi*, magnitudine *nucem juglandem* per mediũ *diſſectam* fere æquantes, formâ tamen omnes *rotundi*, inferiori concavâ parte *foveam* exhibentes parvam, quâ alteri corpori adhæſerant, incertæ tamen omnes originis. Fœmina quædam ruſtica, quæ hos unà cum variis plantis medicis ſæpè rure attulerat, juratò aſſeruit, ſe iſtos *lapillos* ex ipſorum grandium *bufonum* capitibus extraxiſſe. At quis juranti huic credet unquam? ego certè tam beatus eſſe haud potui, ut licet *Joëlis*, aliorumve conſilium curioſè ſecutus fuerim, *gemmas* haſce invenerim. Vide ſis tamen, quæ de *bufonibus* eorumque lapide naturali, minerali, & artificiali

Abbatiſſa habet plures.

fusè

fusè collegit *Libavius l. II. Batrach. à cap. 16. p. 369. usque ad fin.*

§. 4. Multiſcius *Wormius l. à.* inquit verus *bufonius lapis* rarò *unguem digiti* ſuperat, coloris ut plurimùm *griſei*, ad *rubedinem* quandoque tendens, *acutè* modò convexus, quandoque *oblongus*, quadoque *rotundus*, alterâ parte *planus* aut *convacus*. Commendatur ad *tumores & inflammationes*, à venenatis animalibus illatas, quas contactû & affli ctû diſcutit. Cujus rei exemplum in contubernali vidit; qui cùm inter alias plantas *eſulam* majorem collegiſſet, ac inter eradicandum ſuccus ejus digitis adhæſiſſet, queis incautè faciem fricuit, ſubitò intumuit ad miraculum uſque, ſed petitô annulô ab aſtante, qui *lapidem* hunc tenebat, & loco tumido aliquoties affricto, intra horam detumuit inflatio. Præſente venenô ſudare, coloremque mutare ajunt: contra *calculos* vim habere inſignem putant, adeò ut eum generari non permittat; quæ an abs experientia confirmentur, totus equidem dubito. *veri bufonii lapidis color & figura.* *ac vires.*

§. 5. *Oculi bufonis* torvi: quos Menſe Juliô, Lunâ decreſcente, inprimis ſenum *bufonum*, albis *vermiculis* ſcatentes, nigrisque capitibus prominentes nuper vidimus, ut olim *Cl. Helmont.* *oculi.*

verminoſi *in Tumulo peſtis 884. B.* adeò, ut uterq; in *vermes* transformatus videretur, fortè 50. & plures numerô. In ſingulo oculi foramine densè erant compacti, quorum capita foris eminebant, egredientibus tamen, vel prominere conantibus, *bufonem* appoſitâ manû egreſſum vetuiſſe, non obſervabamus cum *Helmontio*. Unde iſti *vermiculi?* è ſuo ſeminio, in alimento bufonis contentô. Herbæ enim, muſcæ, erucæ &c. queîs veſcitur, *vermiculis* refertæ, qui, unà cum alimento aſſumti, ſeminia transplantant.

gingivæ. §. 6. *Dentibus* caret, duras tamen habet *gingivas* & ſcabras, queîs partem, cui adhæſerit arctiſſimè conſtringit. Annon *Brunonis* faciem adeò pertinaciter obſedit, eamq; ſuxit & ſtrinxit, ut mors inde ſubſecuta? *Barth. L. IV. Adverſ. c. 19. p. m. 2103.* Terribilem hîc narrabo hiſtoriam, teſtibus tamen fide dignis confirmatam. Erat in *Normannia* Vir quispiam ſanguine haud clarus, divitiis tamen maximis abundans. Huic unicus filius in deliciis fuit, ideò etiam inter delitias educavit. Eum filiæ ſuæ in matrimonium popoſcit nobilis proſapiæ miles, conditione poſitâ, ſi ipſe bonis ſuis cederet,

mors Brunonis.

terribilis hiſtoria.

rer, filioque omnium rerum ſuarum poſſeſſionem tradere vellet; filium viciſſim, quæcunque patri vel matri neceſſaria forent, abundè ſuppeditaturum. Aſpera parentibus illa conditio videbatur & periculoſa. Quid tamen ſpes honoris atque poſteritatis non efficit? conſentit in nuptias *polyplusius*. Abdicavit ſe dominio uterque parens: filius & ſponſam adeptus, & patriam in omnia bona poteſtatem. Beneficia magnosque honores novi iſti nupti primò matrimonii annô parentibus & benefactoribus rependunt, omniaque ad vitam neceſſaria bonô vultû, verbis benignis, lætâ promtitudine; adeò, ut gauderent parentes ſe cura atque labore liberatos, jam omnia, quàm prius, in majori otio & quiete habere, & verè frui iis, quæ antea plus moleſtiæ, quàm ſolatii feciſſent. Tandem verò ad extremam impudentiam uxor & avarities perduxit filium. Neque enim jam excuſabat ſuas ſordes, ſed inſuper etiam accuſabat parentum inſatiabilitatem, ut quibus nihil ſufficeret, nihil ſatis dari poſſet. Illorum prodigalitate ſe redigi ad incitas, & quid ſingula? denique ut pax major utrinque eſſet, ex uxoris conſiliô, exiguam quandam è regione domûs ſuæ caſam parenti-

bus

bus conducit, ita fore ratus, ut conjugibus junioribus ſeniorum querela & moroſitas minus eſſet moleſta, atque tanto ſecuriùs negari poſſent, quæ oculis eſſent ſubducta. Eliminantur itaque è domo ſua decrepiti parentes, & à filio ſeparantur; coguntùrque ex ædibus bene inſtructis in viliſſimum mapale & tecta ventis pluviisq; pervia emigrare. Ibi ergo præter cœli, etiam filii, injurias quotidiè deflebant. Nihil recens coctum, nihil integrum mittebatur. Quæ cauſa fuit, ut miſeri parentes nunquam ſine lachrymis accumberent, & plerumque potum ſuum cum fletu miſcerent. Imò vix, ſeu quærendi, ſeu petendi gratiâ, domum filii intrare audebant, ita vultuosè adſpiciebantur, ita compendiosè ſalutabantur, ita aſperè, quid vellent, interrogabantur, itaque per internuncium plerumque id, quod vellent, non mandabant, ſed mendicabant. At noluit DEUS tàm crudelem diutius intueri pietatem. Fortè aliquando in filii ædibus *anſer* veru transfixus aſſabatur, & pinguedine in prunas defluente, ventus nidorem & fumum per omnem viciniam diſſlabat. Non potuit ergò latere tam ſapidæ dapis odor famelicos parentes è regione habitantes, & vix

ſex paſſibus diſtantes. Ac, ne erraret, mater curioſioribus oculis alitem ipſum obſervarat ad ignes ſtridentem. Itaque ad ſeniculum ſuum: vide, ut lautè cœnet filius noſter! ſtrepit *anſer* inter prunas, odor invitat; nonne naribus hariolaris? nunquid dentes pruriunt? me fœminam magis decet paucis eſſe contentam. Tu autem vade, obſecro te, & teipſum invita, ut ſemel ſaltem impatienter latrantem ventrem tranquilles. Arreptô igitur ſcipione, prætr[illegible]edum ſpe ſilicernium ſenilter cucurrit, ne poſt ova veniret ad mala. Vidit eum de feneſtra filius venientem, celerique properatione ab igne remotum anſerem occulit, moxque, velut nihil feciſſet, patri obvius quæſivit: quid negotii id temporis apud ſe haberet? ipſa hæc filii interrogatio patri pro reſponſo fuit. Qui illicò etiam animadvertit, *anſerem* ſine plumis licèt, aliò volâſſe. Altè illi hoc vulnus in pectus deſcenderat, ſed preſſit dolorem, reque omni diſſimulatâ, & ventre malè contentô, domum reverſus. Quid ibi anus mater, quid ipſe ſuam ſortem inter fletus & ſuſpiria, accuſans ſint collocuti, quid cœlo & ſuperis queſti, vos cogitate. Interim filius mandaverat ancillæ, ut *anſerem* in culinam reportaret, & peraſſaret. Vo-

lat

lat puella *avem* ex penu relatura. Eò ubi pervenit, ecce! jacebat in grandi patella *anſer* ſupinus, at pectori ejus, tanquam vultur Tityo, pinguiſſimus inſidebat *bufo*. Caput illi tumidum, oculi prominentes & ignei, os rotundûm, venter obeſus color luridus, pedes ſemicrudam avem tenaciſſimè apprehendentes. Tali conviva conſpectô territa ancillula vociferatur. Accurrit herus, & baculô impuratam beſtiam excutere inſtitit. Illa, ceu vim vi vindicatura, ab *anſere* in percutientis faciem inſiliit, frontique ejus ita pertinaciter inhæſit, ut nullâ vel vi, vel Arte, avelli poſſet. Quàm juſta, ô DEUS, judicia tua! Auxit miraculi ſtuporem, quòd quotiescunque monſtri illius pars aliqua tangeretur, ita miſer ille cruciabatur, ac ſi cor illius feriretur. Tandem publicâ pœnitentiâ expiatus, piorumque hominum precibus ab hoc malo liberatus eſt, ut *ex Thom. Cantipr. L. II. Apon. c. 7. §. 4.* refert *Georg Stengel, è Soc. JESU, L. de monſtris c. VII. §. 5.* Simile exemplum habet *Cæſarius L. VI. §. 22.* Terribile etiam exemplum quod *Adam Weber. S. J. in delitiis hiſtor.* refert de *bufone*, linguæ Advocati poſt mortem inhærente, & *Prætor.* in der neuen Welt Be- *aliæ.*

ſchrei-

ſchreibung P. II. p. 110. de virgine, cui diabolus in *pectore*, locô *ornamenti gemmei*, teterrimum affixit *bufonem*.

§. 7. *Vocem*, ſeu *ſonum*, aliquando edit obſcurum hujus tenoris: *gru, gru*. In Gallia genus quoddam eſt, *cornutum* dictum, à voce, quâ *cornicinem* refert, coloris luridi, ſeu fuſci, & crocei. De parvis *bufonibus* per arbores inſtar *volucrum* vociferantibus, & *vituli* inſtar magnum ſonitum edentibus vid. *Euſeb. Nieremberg. L. XIII. Hiſtor. nat.* c. 3. ***vox.***

§. 8. *Color*, quia *Lunæ*, & *Saturni* imperio ſubjacet, noſtratibus *cinereus, luridus, fuſcus, nigricans*, maculis, ſeu puſtulis, præſertim in lateribus, diſtinctus, etiam *ſubflavus*. Interdum adeò decoloratus, ut, ſi quis diutius intueatur, pallidus & qſ. *icteritius* reddatur. *Cutis* denſiſſima aſpera, viſcoſa, tenax, ut ſæpius acutiſſimi pali ictum eludat. Habuit corium ejus *Cl. Worm. L. III. Muſ. c. 9. p. 265.* ſibi à *M. Aurel. Severin.* in Acad. Neapolit. Anat. & Chirurg. P. P. dat: longitudine unciar. 5. totidem latum, fermè quadratum, niſi quod eminentiæ capitis pedum &c. inæquale iſtud redderent. *Membra* craſſa & fœda. *Venter* turgidus & inflatus. *Dorſum* planum nec ita eminens ***color.*** ***cutis,*** ***membra,*** ***venter & dorſum.***

nens, ut in multis iſtis *ranis*, de quibus
cor. *Geſner*. quas ipſe *gibboſas* vocat. *Cor* ei
ad *jugulum*, ut cæteris ranis, nec facile
interficies, niſi per medium *guttur*
Jecur. transfigas. *Jecur* ejus duplex nonnulli
fingunt, alterum *exitiale*, alterum *alexipharmacum*.
Omninò aliàs vitioſum,
ut totum corpus. *Ariſt. III. de P. A. c.*
coitus. 12. *Lien* etiam parvus: *Coëunt* veluti
ranæ, mare ſuperveniente, inque copula
cohærente.

lentè graditur. §. 9. Lentô gradû feſtinat, ob
ignavum, turgidum inersque corpus,
pedumque brevitatem: aliquando tamen
irâ accenſus inſurgit, utque noceat,
inſilit, Quando veſperi è caverna
tumidior egreditur cum ſociis præſer-
pluviæ vates. tim, *pluviam* vaticinatur. *Hyeme & interdiu*
latet & vix apparet, niſi in locis
ſolitariis: *noctu* autem per loca ab hominibus
trita vagatur à ſplendore Solis
abhorrens *Ælian. L. VIII. V. H. c.* 34.

pedes, §. 10. *Pedes* ei quatuor, ſinguli
veſica caret. *quaternis* digitis diſtincti. *Veſica* ei nulla,
neque *urina*. Si tamen bacillô ſæpè
verberes, inflato corpore, & vibratô
tergô, virus, ſeu *liquorem*, primò è
clunibus exprimit longius, ad diſtanſtantiam
aliquando quatuor ulnarum,
& ultrà, deinde ſudat, cujus ſudoris
lactei guttæ admodùm gravis & putidi
ſunt

ſunt odoris, & cùm necatur, ferè *opii.* Docuit me Excell. *D. D. Simon Paulli,* Vir candidiſſimus, virulentum huncce *liquorem*, & inſtar *urinæ*, fluidum, peculiari capſulâ, ſeu vaſculo eſſe contentum, *veſicæ* analogum, cui ſententiæ adhuc inhæremus. *unde liquor iſte?*

§. 11. *Ruderibus* & terrenis gaudet *antris* cum ſcrobibus, cellis vetuſtis, locis humidis ac marcidis, ſepibus &c. *patria.*

inventusque cavis bufo *I. Georg. v. 184.* Ajunt: in *Hyberniam* illatum ſolâ pulveris aſperſione emori, ſed ajunt. Alii aſſerunt: non reperiri ibidem. Ἀπόκυνον, oſſicu'um iſtud in *rubetæ* latere ſiniſtro, ita dicitur, quod *canum* latratus cohibere credatur. Si tibi, otioſè lector, nugæ & ſuperſtitiones è partibus *bufonum*, præſertim binorum iſtorum in utroque latere *oſſiculorum*, fictæ ſeu factæ, arrideant, vid. ſis apud *Geſner. l. c. p. m. 73. §. 12.* Scribit *Mart. Weinrich. L. de monſtr. c. VII. p. m. 58.* ingentem *bufonem* in medio *ſaxo* diſſecto, ſine ullo aditû vel ingreſſû, *vivum* eſſe repertum. Similem hiſtoriam habet *Joh. Dan. Horſt.* Curioſ. *Phœnix*, fautor & Collega honorandus, *in obſ. anat. 2. p. m. 10.* & *Aldrovand. de teſtaceis p. 81.* Cum *Ambroſ. Paræus* in vinea prægrandia quædam ſaxa diffringenda curaret,

fabula. Ἀπόκυνον. *bufo in ſaxis natus.*

in unius medio *bufo* repertus. Cumque miraretur, quod nullum extaret, ſpatiũ, in quo id animal gigni, augeri & vivere poſſet, pervulgare id eſſe, monuit eum lapicida *L. XXIV. Chirurg. c.* 20. In Athonis arce Verdunenſis agri *ingens* etiam *bufo in medio ſaxo* inventus eſt. *Nierenb. L. VI. Hiſt. nat. c.* 13. Adde *Georg. Agricol. L. de animal. ſub terr. Libav. L. II. de Batrach. c.* 25. *ſchol. p.* 473. *De bufone vivo*, in ſaxo reperto, cum *torque aureo* vid. *quæ ex Wilbelm. Novobrigenſ. L. I. Hiſt. Anglic. c.* 20. *tranſcripſit G. Stengel. L. de monſtris Sect. I. c.* 1. *§.* 14. & *D. Mich. Meyer in comp. Mirac. c.* 10. ac *Autor memorabilium in fol. edit. Francof. ad Mœnum typis Nicol. Stoltzenberger.* ſumtibus *Joh. Traudelii, Aneno* 1624. & quidem *cap.* 103. *p. m.* 92. *ſeqq.* repetiere, quorum verbis & fiderem narrabimus integram.

cum torque aureo

alia hiſtoria.

Es iſt eine gemeine Sage/ ajunt, daß in einer andern Stein-Kluft/ in dem man etwas tiefer gegraben / ein ſchön doppelt-zuſammen gefügter Stein gefunden worden. Als ſich nun die Stein-Brecher drüber verwundert/ haben ſie den Stein Heinrico dem Wintonienſer Biſchoff/ ſo nicht fern davon/ zugeſtellt zu beſichtigen / nachdem er nun eröfnet / hat man inwendig zwiſchen den beeden Steinẽ eine lebendige Kröte gefunden/ ſo eine

göldne

göldne Kette am Halß gehabt/ darüber ſich dann der Umſtand ſehr verwundert/ der Biſchof aber den Stein zu ſchlieſſen/ und in den Stein-Klüften wieder zu verſcharren befohlen. Mit dieſen ſtimmt auch C. Lange überein/ und bezeugt/ daß in den Kohl-Gruben bey Lüttich zum offternmahl groſſe/ runde/ leichte/ und harte Wacken-Steine werden gefunden/ in welchen lebendige Kröten verſchloſſen/ da doch einiger Ausgang/ oder Luft-Löchlein/ dadurch ſie Athem haben könten/ nicht daran zu ſpühren. Gleichwie nun das letzte von Natur/ alſo kan auch das erſte von Geſchicklichkeit der Menſchen herrühren. Und iſt ohne Zweifel dieſe Kröte mit ihrem Kettlein vor vielen Jahren von einem Schwartz-Künſtler/ Biſchof/ Fürſten/ oder Könige dergeſtalt deſſen Orts verborgen worden/ dem Land/ oder Einhaber derer Gegend/ ein ſonderes Glück oder Unglück durch zauberiſche Künſte damit anzuzeigen; oder aber iſt ein Geſpenſt des Teufels geweſen/ welcher in Geſtalt einer Kröten ſich alſo ſehen laſſen/ ꝛc.

§. 13. Equidem diabolum aliquando ſub terribili *bufonis* larva apparuiſſe, fidem mihi facere voluit *Pl. Rev. Dn. Georg. Brabeck*, Profeſſ. Corbeienſ. O. S. Benedict. Præpoſitus *Meppenſis*, Ami- *diabolus ſub larva bufonis.*

Amicus candidus. Sic enim ille in *Antiquitat. M. S S.* oppidi *Meppens.* Diæces. Monaſter.

Billich hat man ſich zuverwundern über die groſſen Kiſelſteine / ſo hin und wieder auf den Hayden / ſonderlich auf dem Hümerling an gewiſſen Oertern von den Heyden in groſſer Menge zuſammen gebracht worden/ der gröſte auf 4. kleine ſpitzige Pyramiden / ohngefehr eines Mannes hoch/ gelegt/ und einer ſolchen Gröſſe und Breite ſind/ daß etwa eine ziemliche Trifft Schaafe gemächlich drunter ſtehen kan. Und alſo höchlich zu verwundern mit was Hülffe oder Inſtrumenten ſolche ſchwere Laſt ſo viel tauſend Zentner wiegt/ habe können hinauf gebracht werden ; Ob dieſes heydniſche Altaren / oder Begräbnüſſe geweſen iſt ungewiß/ wiewohl die Inwohner beſtändig/und nicht ohne Grund/vorgeben/was Geſtalt ein heydniſcher König / Saarbold/unter einem der Gröſſeſten begraben liegen ſolle. Als man etwa vor etlich-zwantzig Jahren darunter gegraben/ hat man ein ziemlich- groſſes zugeſtülpertes irrdenes Gefäß/ mit Aſchen gefüllt/in der Erde gefunden/ und als man weiter/ in Hofnung eines darunter verborgenen Schatzes gegraben/ hat ſich in der Grufft der Satan in Geſtalt einer abſcheulichen groſſen ungewöhnlichen Kröte ſehen laſſen/

laſſen / darob die Arbeits-Leute erſchrocken/ und davon gelauffen. Atquidni credam, *naturalem* tantùm fuiſſe *bufonem*? Panicus equidem vulgi terror me non movebit,

§. 14. Ceterùm quæ de canibus vivis, formica, ape, rana, ſerpente in ſaxis, electro & marmore repertis collegimus, vid. ſis in *Cynograph. Curioſ. S. I. c. 3. & 76.* Qui autem generetur in ſaxo, ita explicat *Kircher. L. VIII. Mund. ſubterran. Sect. IV. c. i.* quando ſperma *bufonis* limo involutum fuerit, interim limi ſubſtantia paulatim lapideſcente, ubi aptum diſpoſitumque loculum calido - humidum nactum fuerit, tanquam in matrice ſubterranei caloris & animatur, & tandem *bufonem* excludit, qui ubi humidi ſuctû, per poros ſaxi allabentis, ſufficiente nutrimentô inſtruitur, ita quoque diu intra illum locum vitam ſuſtentare poteſt, donec lapide ſectô, vivus exiliat. Sed *quomodo reſpirat ſaxo incluſus?* credibile eſt ex ſententia *Schotti Phyſ. Curioſ. L. X. c. 16. ibi* ſufficientem ſuccum ad reſpirandum, ac ſe nutriendum reperire, ſaltem *ad aliquod tempus*, quô deficiente penitus, neceſſe eſt emori, ac prorſus *lapideſcere.*

qui generetur in ſaxo?

qui reſpiret?

§. 15. Naſcitur, ut dixi è ſuo *ovo*, ſeu *ſeminio*, etiam in homine & brutis. Næ attonitus ſto, & quid dicam, neſcio,

partus monſtroſi. ſcio, quoties *monſtroſos* planeque inſolitos conceptus partusque, è *ſemine* tamen ſuo, in *Ventriculo* humano formatos ſobriè expendo, *canem* putâ *marinum* pilis refertum, fundoque Ventriculi firmiter annatum, teſte *Zephyro* noſtrô *S. II. de tuba* uteri *p. m. 90. cattum*, notante *Pegaſo I. in Ephemerid. Curioſ. ann. I. obſ. 109.* & *Meibom. in Chron. Brunſvicenſ. Magdenb An. 1620. impreſ. P. III. p. m. 548.* Adde his *Ephemerid. Germ. Cur. ann. VIII. obſ. 58. lacertum Barthol. C. V. hiſt. 94. piſcem vivum, Borell. C. I. obſ. 9. Salamandras Id. C. I. obſ. 23. Greg. Horſt. epiſt. med. Sect. V. p. m. 409. ſerpentes* & alia animalcula, *ſcorpionibus* non abſimilia. *Tiling. de tuba uteri Sect. II. p. m. 90. ranunculas* vivas, *Sachſ. Eph. Cur. an. I. obſ. 109. in ſchol.* queis *bufones in homine.* meritò adjungimus vomitum *bufonum T. II. Ephem. Cur. obſ. 56.* infauſtæ *Catharinæ Geilerin*, Altenburg. in Miſnia, quæ annis retrò viginti *bufones* vomitû rejicerat qua de Celeberrimus *Bartholin. C. IV. h. 44.* & *M. Reineſius in epiſt. med. Philoſ. p. m. 20.* & *in Act. Hafnienſ. Vol. II. p. 110. ſeq.* fuſiùs autem uſque ad exceſſum Curioſus noſter *Sirius Ann. I. Ephem. noſtr. obſerv. 103.* qui cadavere ſectô, ne veſtigium quidem *bufonis* reperit quòd ſanè miror. Similes hiſtorias compilarunt *Schenk. III. obſ. 96. C. à Reyes in camp. elyſ. jucund. qq. no. 36.*

th. 22. ſeq. Salmut C. II. obſ. 93. & C. III. obſ. 1. Grüling. C. II. obſ. 9. Borell. C. III. obſ. 57. Ephem. noſtr. ann. X. p. 361. ſeq. J. Henr. Freitag. Catal. teſt. Veritat. chym. obſ. 94. T. III. Ephem. Curioſ. obſ. 311. Bonnet. L. III. Med. ſept. S. XII. c. XI. D.D. Frommann, in eruditiſſimo ſuo de faſcinatione Tract. p. m. 686. meminit nobilis cujusdam, locô ſtercoris, magnum viventemque bufonem ex alvo extrahentis. Ipſemet ego in Reg. ac Equeſtri Danor. (olim) Acad. Sorana, in ædibus Excell. D. D. Juſti Cortnummii, Decan. & Prof. Primar. Præcept. ac Hoſpitis etiam poſt fata venerandi, vidi ruſticum ad nos delatum, qui bufonem in ventre alebat vivum, quemque hinc inde reptantem, non ſine ſummô patientis cruciatû, manifeſtè conſpeximus. De muliere à bufone impr*æ*gnata vid Bodin. Dæmon. L. II. c. 8. Terribile etiam exemplum, quod Wolfius habet Cent. XIV. lect. memorabil. p. 610. de infante Anno 1393. in pago Archiepiſcopatûs Trevirenſis, Breche, nato, cujus inferior corporis pars hominem, ſuperior verò tetrum bufonem referebat.

bufo imprægnat mulierem.

monſtrum

§. 16. Non tantum verò in Ventriculo, ſed etiam in dorſo puellæ Duacenſis bufo enatus. Hæc enim cùm inſolitô quôdam & exoticô tumore, qui

bufo in dorſo natus.

re, qui tergori ejus inſederat, aggravata, diu multumque ingenti doloris ſenſu conflictata fuiſſet, ac, nil proficientibus medicamentis, demum in tantam *atrophiam* incidiſſet, ut vix oſſibus amplius hæreret, ecce! mirum dictû tumor dorſualis, fœtû jamdudum animatô gravidus, mox, ceu ex ovo quôdam, ruptâ teſtâ virulentum *bufonem* excluſit. At unde *rubeta* intra intercutaneum dorſi regreſſum? indusium puella fortè à ſordibus jam elotum extorſumque in herbeſcentem humum, inſolationis gratiâ, extenderat, ſive gramen ſubſtratum ex virulento *bufonis* cujusdam incubitu halitûque, aut ſpermaticô humore, ſeu ejusdem ſuprà indusium irrepentis emiſsâ fœturâ infectum fuerit, perinde eſt. Certè utroque modô interula venenô *bufoniô* imbui contaminarique potuit. Quod deinde corpori appoſitum indusium, uti virulentô *rubetæ* toxicô, ſpermaticâ vi pollente, infectũ erat: ita ſeſe per poros, calore apertos, conceptâ fæturâ altiùs inſinuante, ſucceſſu temporis tandem intrà cutim, veluti jactô ſemine, in proximè diſpoſitam materiam, ejusdem ſpeciei cum *bufone*, è cujus emanarat ſeminario, animal exortum eſt, uti catè conjicit *ἀξιωπιστος*, *Kircher*, Fautor olim ſingularis,

& quomodo.

gularis, *L. de peſte Sect. III. p. m.* 309. *ſeqq. Add. Strauſſ. de fœt. Muſſipont.* p. 95.

§. 17. Simile quid de *ſerpentibus* refert ex *Itin. orient. P. à S. T. Joh. Henric. Seyfried in Medulla Mirabilium Naturæ L. II. c.* 5. § 15. *p. m.* 661. inquiens: In Perſien um die Gegend der Stadt Congo, am ſinu Perſico gelegen/ iſt noch eine andere Art Schlangen/ wenn deren eine ohngefehr über eines Menſchen Hembd/ oder ander leinen Geräth/ ſo er am Leib trägt/ und an der Sonnen liegt/ kriecht/ ſo wachſen dem jenigen/ der es nachmahls an Leib bringt/ Schlangen im Rücken/ die werden auch je länger je gröſſer/ und ſchwingen ſich allmählich Rings weiſe um den Leib/ biß der Kopff und Schwantz zu ſammen kommen. Damit aber dem vorgebauet werde/ ſticht man dieſe Schlangen mit einer Pfriem oder Nadel öfters in Kopff/ dadurch wird ihr Wachſen verhindert/ und der Menſch bey Leben erhalten.

ſerpentes in dorſo hominis vivi.

§. 18. Vinicola, poſt ingentem ex frigida & cœnoſa aqua hauſtum, incidit in *bronchocelen*, deinde ex abſceſſu facto exit *buſo* vivus, quem ſuis oculis vidit *D. D. Sorbait, Curioſor. Machaon, ann. II. Ephem. noſtr. obſ.* 103.

buſo in collo.

Demum unà cum fœtu legitimo *rubetas* aliquando excluſas fuiſſe, & alia animal-

etiam cum fœtu excluſi.

malcula &c. *ſerpentes, glirem, piſculos, ranas, mures, aves* &c. variis exemplis illuſtrat *Phoſphorus* noſter *in ſchol. ad obſ. 1. ann. I. Eph. Curioſ. Add. cœl. Rhodigin. Plater.* & *alios, C. Schott. in phyſ. curioſ. L. VII. c. 18. p. m. 738* An. 1572. mulier ſummis cum doloribus vivum peperit *bufonem. Joh. Prætorius*, in der neuen Welt-Beſchreibung *P. II. p. 300.*

bufones è coturnicibus. §. 19. Canonicus quidam *coturnices* in conclavi alebat, earumque pedibus argenteas nolulas appendit. Illæ verò oculis ſubitò ſubductæ nuſpiam comparuere amplius. Tandem retrò tabulam in conclavi affixam, domeſtici ſtrepitum reptansque aliquod animalculum ſentiunt. Amotâ igitur tabulâ, ecce duos ingentes vivosque *bufones*, nolulas iſtas jamdudum amiſſas in pedibus geſtantes. Ex, (ſeu potius IN,) putrefactis coturnicibus *bufones* enatos eſſe, retur hoc qui mecum communicavit, *D. D. Gokelius, Alector noſter Curioſus.*

ex anate bufones. §. 20. Si ova *anatum* per menſem digerantur calore debito, in *bufones* transmutari, ſuô experimentô confirmat *Ezler in Iſag. Phyſ. Med. Mag. c. VII. p. m. 164.* Etiam ex jure cocti *anatis*, in terram effuſi, ſub dio naſci *bufones*, tradit *Cardan. L. X. de var.* Ein iedes Thier/ inquit *Theophraſt. Paracelſ.* de pe-

de peſtilent. T. I. oper. p. m. 337. iſt ungeſchieden in ſeinem Nahmen/ daraus es erſchaffen im Weſen / allein die Form macht und verdeckt den Unterſcheid. Denn der Ant-Vogel ohne die Federn gekocht/ oder gebraten in zweyen Schüſſeln/ unter zwey Schüſſel verſchloſſen in Keller geſetzt/ wird in 3. oder 4. Wochen lauter Fröſche. Denn nach der Fäulung wird iedes Ding in das verkehret/ das es von der Schöpffung geweſen iſt und vor ſeiner Geburth. Denn der Ant-Vogel friſſt Fröſche. Der Storch friſſt Schlangen; durch die Dauung ſchaden ſie ihm nicht/ nach ſeiner Fäulung aber werden aus den Störchen Schlangen. Quam orthodoxam *Theophraſti* ſententiam fruſtrà infringere conatur. *Helmont. in ſchol. Humoriſt: decept. c 1. §. 66.*

§. 21. Unde autem *pluvia bufonia*? qua de *Wolff. T. I. lect. memorab. p. 635. Angel. in Annal. Brandenb. ad ann. 1354. p m. 151.* & plures. Scilicet in aëre & nubibus omnium rerum halitus animales, qui reſoluti ſi coniungantur cum aliqua materia congrua & proportionata, virtute plaſticâ iis inexiſtente, mox formabunt animalia, pro ratione ſeminii, ab halitibus, ex reſolutis animalium plantarumque corporibus ſeu vivis, ſeu mortuis, deciſi, & in aëre elevati. Hinc vides, cur *pluvia bufonia unde.*

aquæ

aquæ *pluviales* citiùs *vermes* generent, quàm *fontanæ*? Illæ ſc. ſpiritibus *ſeminum* turgent, quibus hæ carent. Ranæ *bufones* &c. Sæpè extemporaneô ortû cum roſcida pluvia exſurgunt, non, quòd in aëre tali modô excludantur, ſed quòd aqua *feminio*, una cum pulvere limi paluſtris, per halitus attractô fœta, mox ubi fervidum pulverem inciderit, ibi plaſtica vis ſtatim *ranunculum* efformat. Mira enim vis ſeminum, quæ, diſpoſita jam materiâ breviſſimô tempore hujusmodi animalcula excludit.

animalia è cadaveribus ſuis. §. 22. Omnia etiam inſecta, reptilia, ranæ, *bufones*, ſerpentes &c. è cadaverum ſuorum *feminio*, calore ſupervenìente, reſuſcitantur. Migrant ſc. ex *luce in orcum*, exque hoc, alio die *in lucem*. Ut enim minima *bufonis* particula ſeminali virtute conſtat: ita etiam ex eadem animalculum tale naſci poteſt: adeò, ut vel ex uno *bufone* mille & plures alii generari queant, quod eleganter probat *Kircher. T. II. Lib. XII. Sect. II. Mund. ſubterr. p. m. 372. ſeqq.* De nobili poſt triduum in ſepulcro conſpecto, qui totus ſcatuit *ſerpentibus*, vid. *Salmut. C. III. obſ. 30.* *Miraculosè* natos eſſe, ſub putreſcente & fœtente ægro, qui parentes ſuos verberarat, ſuſpicatur ex *Hemmeberg.* Preuſ-

nobilis in ſepulcro ſcatet anguibus.

ſiſcher

ſiſcher Land-Tafel. *Schottelius*, JC. & Conſil. Gvelfycus, *L. de ſinglar. in German. Jurib. c.III. p.m. 92.* E ſeminio ſuo orti ſunt, in quo omnia totius Naturæ miracula. *Mihi experto credite*, ait *S. Auguſtin.* citante eum *Sim. Majolo, T. V. dier. canicular. p. 1083. quod apertis ſepulcris, in capitibus invenietis* bufones ſaltantes, *generatos* EX (rectiùs IN) *cerebro in renibus* ſerpentes *generatos in lumbis, in ventre* vermes *ſcaturientes generatos* EX (in) *viſceribus. Ecce! quid ſumus? & quid jam erimus? ecce! in quod reſolvimur.* Cur verò ex uno *bufonis* cadavere, etiam excrementis, tam *diverſæ* inſectorum ſpecies? non aliunde, quàm ex alimenti, quô veſcitur *bufo*, ſeminio. Cùm herbæ, quas comedit, muſcis, erucis, aliisque *vermibus* in inſectis incopiosè refertæ ſint, ea unà cum alimentis aſſumta diverſa ingerunt *ſeminia*.

pompa hominum.

unde diverſa inſecta ex uno bufone?

§. 23. Licet ἰδιοσυγκρασίαν tùm individuorum, tùm ſpecierum, accuratè diſcernere vix queamus, communis tamen ſententia, *bufonis* temperiem *humidam* eſſe ac *frigidam*. *Cibus* terræ humor isque venenoſus, (Hinc γηόφαγος dictus,) Herbæ, ut *ſalvia*, (cujus radix tamen ei lethalis) *cicuta*, Krôten-Peterle dicitur, qſ. *bufonis petroſelinum*, *lumbrici*, *muſcæ*, *aliique vermiculi* &c. Cum

temperies cibus.

Cum gramine crebriùs minutos *bufones* etiam devorant. Queſtus mihi nuper Amicus de inſolita multitudine *bufonum* in horto, iratus à veneficis ſibi illatam. Riſi hominis ſimplicitatem. Ingreſſus tandem cum eodem, vidi ad muros & alibi *cicutam* cum *napello*, ubique roſas inter & lilia ſuperbè dominantem. Heus tu, ajebam quorſum purgamenta iſta horti? aufer pabulum, ingrato hoſpiti, & furcâ expuliſti. Paruit: numerumque valde ſenſit imminutum. Ceterùm miror prudentiam Naturæ, quòd thymo & lilio aliquando *napellum*, aliudve venenum interplantet. Cùm enim hæc ſuccum virulentum, ſibi convenientem, è terra attrahant, fit, ut alimentum purius evadat & gratius.

hiſtoria.

prudentia Naturæ.

ἀντιπάθεια cum aranea.

§. 24. Ἀντιπάθεια *bufoni* cum *aranea, pice Norwagica, ruta, muſtela, formica, talpa* &c. Adeò horret *araneam*, ut eò tempore, quô hæc prodit, i. e. tempore ſiccô ſole meridiano, non compareat. Conjice *rubetam* (ut ſuperiori æſtate crebriùs fecimus,) in ſcrobem, admove *araneam* ex baculo pendentem, conſpectô hoſte protinus per filium deſcendet, ictusque inflictô tantùm ſtupefaciet, ſed etiam exanimabit eum, &, qſ. victoriâ de hoſte feliciter reportatâ, per filum aſcendet.

plantago bufonis alexipharmacum.

det. Aliquando tamen, contra ictus *araneæ*, aliorumque animalium venenatorumque, *plantagine* ſe munire dicitur, ſi *Plinio* credimus. Confirmat idem *Helmont.* in *Tumul. peſt. p. m. 886.* exemplo Dominæ *de Romerſwale*, candidè referentis, ſe quondam totô pomeridie ſpectaſſe duellum *araneæ & bufonis*. Hic enim dum ſe ſupernè ab *araneâ* deſcendente ictum ſentiret, & capite confeſtim ſe intumeſcere, confugit ad herbam, quam lambebat, ac celerrimè curatus detumuit; unde iteratam pugnam aggreſſus, iteratò quoque ictus fuit in capite, & ad eandem herbam properavit. Idque tum iam tertio accidiſſet, ſpectatrix, tædiô affecta, plantam cultrô exſcidit, (erat autem *plantago anguſti folia*, dumque eò quartâ vice *bufo* rediret, nec iſtam herbam reperiret, celerrimè totus intumuit, & terrore percuſſus, mox obiit.

hiſtoria.

§. 25. Monachus quidam faſciculos aliquot ſcirporum in cubiculum congeſſerat, ſparſurus eò, ſi commodum videretur. A prandio autem ſupinus dormitans, grandis *bufo* erepſit, osque dormientis obſedit, infixis ſuperno atque inferno labro quatuor pedibus. Tandem bonus Cœnobita ad feneſtram, ad quam grandis *araneâ* ſuam habebat textrinam, delatus jacuit ſupi-

ſupinus. Hæc inimicô ſuô conſpectô, filo ſe librat, & bufoni ſubitò ſpiculum infigit, denuoque ſe filo recipit in telam. Intumuit *bufo*, non tamen avulſus eſt. Repetit *aranea* ictum; magis intumuit bufo, adhuc tamen vixit. Tertiò ictus retraxit pedes & mortuus decidit. Vid. *Jonſton. L. IV. de quadrup. c. 1. Art. 2. P. I. Laurenberg. in Acer. philol. p. m. 536. Kirch. de Mund. ſubterran. T. II. L. IX. Sect. I. c. 4. p. m. 121.*

Unde antipathia araneæ & bufonis? §. 26. Unde autem hæc antipathia? ex diverſitate utriusque animalculi veneni. *Bufonis* virus ex corrupta putredine & venenoſo terræ muco conflatum: *araneæ* verò äereum, ſubtile & ſpiritû turgidum. Hinc *aranea* ſpiritibus deleteriis & mineralium ſuccis plena, ubi *bufoni* venenum, ſui Juris nunc factum, in ſuum venenum convertit, & ideò *bufonem* in alienô, totâque diſſimilitudine ſubſtantiâ venenô infectum proſternit. *Bufonis* autem venenum humido-frigidum eſt, (quoad ſenſum, aliàs non neſcio, nullum venenum formaliter eſſe frigidum,) *araneæ* contrà calidum & ſiccum. Quid igitur mirum, ſi ex hujus ignea quâdam vi pollentis veneni efficacia *bufonium* venenum, omninò contrarium, conſumatur & deſtruatur.

tur. *Kircher Mund. ſubterr. T. II. L. IX. Sect. I. c. 2.* Virus *aranei* ſpirituoſô, maximeque activo ſale volatili turget, ideoque longè potentius & efficacius, quod copioſum *bufonis* ſal fixum ocyus volatiliſat, ut, abſumptô pauculô humidô, mors repentina ſubſequatur.

§. 27. Sane ſi menſibus junio & Julio præſertim, cœlô æſtuoſô, medio meridie, aut non longè poſt, Sole ardente, ipſôque actû torrente & exſiccante, dorſum è regione cordis *rubetæ pice liquidâ*, ſeu *axungiâ* illâ *Norwagicâ* vulgari minimè aquâ, aut ullô aliô ungvine dilutâ, ſeu remiſtâ, probè inunxeris, è veſtigio palpitantem illius pelliculam, (cuti analogam,) mox ipſam *rubetam* ilia ducentem, mox eam convelli, mox torpeſcere, mox conglobari, aut conglomerari, denique intra dimidium horæ quadrantis ſpatium, ſupinam quadrupedem paſſis pedibus emori cernes. Aliis verò anni, ſeu diei temporibus naturaliter conſtitutis, non idem. Quin & aliis intervenientibus circumſtantiis, e.g. Si pridie aut heri largi ceciderint imbres, ſolô adhuc madente, *picata* licèt pinguiter fuerit, rarò aut certè non tam ſubitò, ut diximus, fatiſcet. Imò ſimul ac tacta eſt *pice*, præter recenſita ſymptomata, etiam vomituriet, & ut

Pix Norwagica bufoni venenum.

vomitum promoveat, priores pedes ſuos, aliàs illi manuum locô inſervientes, quouſque poterit, profundè in rictum intrudet, ungviculis verò lingvam ſcabet, ſcalpetque, interdum quoque *corculum*, aut *ventriculum*, vel quod maximè crediderim, *caput aſperæ arteriæ* oculis contortis & rubentibus eructabit. Nonnunquam etiam *picata* virus, *ſeu liquorem* excernet, cladem-que ſuam *olelygine* voce ranis propriâ, editâ, conteſtans animam efflat. Quod gratiſſimum nobis ſpectaculum, præeunte Excell. *Paulli*, non ſemel cum tripudio fecimus. Caveas autem, rogo, quisquis periclitari velis, ne iuſtô propiùs, ſeu diutiùs moribundæ *rubetæ* aſſiſtas, ne quid detrimenti capias, exemplô Venerandi noſtri *Senis Tract. de febrib. malign. §. 21.*

ratio. §. 28. Vah! inquies, ſiccine *pix Norwagica bufoni* venenum? ita ſi illud tibi venenum, quod *citò* occidit. Tam πάλυ@ verò, ſeu ἧπα@ illius cuticulæ, vel pelliculæ, quàm interitus ejus, ſeu exanimatio, ut ſic loquar, unicè accepta ferenda eſt ipſius *temperamento*, quod in eo deſtruitur, ubi ἀτράχηλ@ (ſeu collô carens) *pice Norwagica* bene picatus fuerit, ne atomum aliàs veneni in ſe continente. *Avium jecur*, (inquit *Ariſt. L. III. P. A. c. 12.*)

c. 12.) maximè ſimile eſt jecori viviparorum. Purô enim & ſanguineô colôre exhilaratur, ut illud, cujus rei cauſa eſt, quòd avium corpora diſſlari evaporarique optimè poſſint, nec multum habeant excrementi vitioſi. Quo etiam fit, ut nonnulla ex viviparis felle careant. Jecur enim ad temperiem ſanitatemque corporis multùm confert. Finis namque eorum in ſanguine potiſſimum ſitus eſt. At verò (quàm bellè hîc philoſophatur! *quadrupedum oviparorum & piſcium jecinora maximâ parte pallidiuſcula ſunt, nonnullorum etiam* vitiata *omninò, ut corpora quoque eorundem, pravum temperamentum ſortiantur, velut* rubetæ *teſtitudinis* &c. Viden', quàm pravæ temperiei (comparatè loquendo, omnia alias opera DEI *valde bona* ſunt *Gen. I. 31.*) ſanguis *bufonis*, idemque naturaliter ſiccus, & multô ſale prægnans ſit. Hinc evenit, ut, dorſô ejus *pice liquidâ* inunctô, à *ſale volatili*, quô abunde conſtat, nova, *at inordinata*, ſeu præternaturalis, ζέσις in venulis, ipsôque corde *bufonis* oriatur, ſangvis (qui ſui generis) ichoroſus, ſeu ſerum & ichor ejus, multô ſale fixo imprægnatus, à *ſale picis volatili* volatiliſetur, hoc contrà ab eo figatur, ichor ſerumque conſumatur, ut, ob *lenteſcentem*, ſeu ſuccum alimentarium, illi analogum, periodus ſufflaminetur,

ſyncope tandem & morte illâ repentinâ ſubitò ſubſequente. Adde, quòd ardor Solaris *picem* illam *liquidam* inſuper adeò adurat lenteſcentem, ut pulſus motusque cordis *rubetæ* omninò ab eâdem inhibeantur, & penitus ceſſare cogantur.

bufones vaccas exſugunt. §. 29 Exſugunt aliquando *bufones* vaccas in ſtabulis, quos præeunte *Colero L. II. c. 40. f. 403.* ita abigit *Martinus Böhm*, in der Vieh-Artzney *p. m. 8.* Bißweilen/ ait, giebt es viele Kröten in Ställen/ ſo das Vieh ausſaugen/ alſo daß den Kühen die Eyter ſehr zerſchwellen/ alsdenn nimm Butter/ und ſchmiere die Eyter damit/ ſo vergehts ihnen. Damit man aber ſolcher böſen Gäſte aus den Ställen gantz loß wird/ ſo ſetze man Wagen-Schmier in einem Scherblein in die Ställe/ ſo bleibt keine Kröte darinnen.

quî abigendi? Aliquando tamen mera ſuperſtitio plebis eſt, qua de *D. Clauder. in Decur. II. Eph. noſtr. ann. III. obſ. 74. p. m. 168.* Odor etiam *bryoniæ*, ejusque pulvis, eos fugare dicitur. *Coler. L. V. c. 34. p. 171. & c. 35. p. 172.* Modum Magicum ſi placet, vid. *in tr. de curat. laeſ. maleſ. p. 376. Joh. Wieri.*

ruta bufoni contraria. §. At cur *ruta* bufoni venenum? *ruta*, ajo, ſed *recens*, (ſicca enim, ἄνοσμ@- καὶ ἄποι@-, omnis odoris & ſaporis expers, i. e. ſulphure & ſale volatili exuta,

ut

ut conſtanter cum *Paulli noſtro Cl. II Bot. quadrip. p. m. 116. & Cl. III. p. 464* aſſerimus, ob eandem cauſam enecat *bufonem*, ſc. quia *ſale volatili* copioſiſſime conſtat. Et novimus ex *Alberto*, (vid. *Geſner. L. de quadrup. ovipar. c. de ranis p. 67.*) quòd ſi *bufo*, aquâ perfuſus, & poſtea *ſale* conſperſus fuerit, eum crepare, tandemque ad oſſa uſque conſumi. Hoc ipſum *ſal* poſtea ſi in aqua diſſolvatur, ita eum inficit, ut linteum vel induſium eô madefactum incurabili *ſcabie* hominem inficiat. Si detrahere volueris, vel pellem punge, vel virgâ exagita, ſeu ſuperficie punctam in aquam conjice. *Jonſton. L. IV. de quadrup. digit. ovipar. cute tect. c. I. art. 2. punct. 1.* Sic eſt: quamdiu vel non inſigniter, per novam & inordinatam iſtam ζῶσιν, circulatio ſanguinis ordinaria, ſeu naturalis in *bufone* turbatur, vel omninò eſſe non deſinit; tamdiu vivet adhuc beſtiola. Ex hiſce patet, quâm ſæpè aliquid, nulli aliàs noxium, in cenſum *venenorum*, etiam præſentiſſimorum, veniat, licèt ne atomum virulentam in ſe contineat, modò externe illinatur, & periodum ſangvinis ſuccivè nutritii (in qua animalium pariter & vegetabilium vita & integritas conſiſtit,) vel *perturbet*, vel omnimodè *ſufflaminet*. Cui enim unquàm

& ſal.

picis Norwag. vires. quàm nocuit *pix Norwagica* illita, quin potiùs *porriginem* fœdam, & quamcunque *ſcabiem*, imò *arthritidem* vulgus Boreale ex voto eâdem curat & promta ſubeſt ratio, quam ſis vid. *apud Th. Bartholin. C. VI. hiſt. anat. 95.*

muſtelæ hoſtis bufo. §. 31. *Muſtelam* quoque naturali odiô inhorrere *bufonem*, experientia teſtis: eſt ad primum quippe aſpectum in anguſtias redigitur, & angoribus maximis torquetur. Voce enim lamentabili omnia complet, arbores ipſas & obvios muros, quin & rivulos five vitæ ſuæ fugâ quæſitura, ſeu opem & hoſtem imploratura: quam fugam ubi non invenit, veluti deſperatione acta cum ſtridore miſerabili ſe appropinquat *bufoni* velut *compendioſâ morte dolores intolerabiles abbreviatura*, ut *Kircher.* ait *L. III. Art. Magnetic. P. VI. c. 2. T. I. p. m. 521.* Hinc etiam *muſtela* veſcitur *rutâ*, ne ipſi inſidietur *bufo*, utpote cujus effluvia & odorem averſatur. Interim retur *Dn. M. Joh. Mich. Schwimmer, olim Facult. Phil. Jen. Adj. nunc Rect. Rudolſtadienſ. diſſert. XIV. curioſit. Phyſic. theor. 6. §. 19. p. m. 250. muſtelam* præ odio & vindictæ cupidine, debellandique ardore, cùm auxilium aliunde non habeat, vires tentare contra *bufonem*, & ideò non ſpontè velle perire *morte compendioſâ*, ſed potius

tius quærere mortem per victoriam, quam tamen *bufo* halitû ſuo venenatô celerrimè intoxicare poteſt, adque primum conflictum exanimare, ut victa veneno cedat in rapinam *bufoni*, & ex veneno *rabioſa* ſe temerè appropinquet *bufonis* rictui.

bufonis & ſerpentis odium.

§. 32. Cum *ſerpentibus* etiam *bufones* invicem diſſentire notum eſt. Vidit *M. Paul. Venet. L. II. chorogr. Tart. c. 41. & Busbeq. epiſt. Turcic. 3. p. 136.* eosdem integros mures & *bufones* deglutiiſſe *D. Godfred. Buxbaum*, Phyſ. Ilenburg. *ſerpentem* olim aperiens, in ventre ejus reperit *bufonem*, teſte *Polluce noſtro Curioſo in Ephem. Germ. ann. I. obſ. 137.* De prælio *bufonio & ſerpentino* ſuprà §. 2. quædam aſperſimus. Placet tamen ſynopticè hîc repetere. Audiverat *Brechtoldus Grætterus*, Hotobachii habitans, Anno 1473. in valle *Dibachiana* magnum ſtrepitum ſibilumque juxta rivum aliquem. Cumque ſciſcitaretur, quid hoc rei eſſet? invenit variorum *ſerpentum*, viperarum & bufonum inuſitatæ magnitudinis tantum cumulum, quô *cupalutoria* impleri potuiſſet: altero die eosdem adhuc ibi invenit, tertiô autem abierant, relictô *bufone* interemtô, & *angue* in humore glutinoſo hærente, cum adjacente *lapide bufonio*, quo de ſuprâ. Ideô autem

prælium bufonum cum ſerpentibus.

aquæ *pluviales* citiùs *vermes* generent, quàm *fontanæ*? Illæ ſc. ſpiritibus *ſeminum* turgent, quibus hæ carent. Ranæ *bufones* &c. Sæpè extemporaneô ortû cum roſcida pluvia exſurgunt, non quòd in aëre tali modô excludantur, ſed quòd aqua *ſeminio*, una cum pulvere limi paluſtris, per halitus attracto fœta, mox ubi fervidum pulverem inciderit, ibi plaſtica vis ſtatim *ranunculum* efformat. Mira enim vis ſeminum, quæ, diſpoſita jam materiâ breviſſimô tempore hujusmodi animalcula excludit.

animalia è cadaveribus ſuis.

§. 22. Omnia etiam inſecta, reptilia, ranæ, *bufones*, ſerpentes &c. è cadaverum ſuorum *ſeminio*, calore ſuperveniente, reſuſcitantur. Migrant ſc. ex *luce in orcum*, exque hoc, alio die *in lucem*. Ut enim minima *bufonis* particula ſeminali virtute conſtat: ita etiam ex eadem animalculum tale naſci poteſt: adeò, ut vel ex uno *bufone* mille & plures alii generari queant, quod eleganter probat *Kircher. T. II. Lib. XII. Sect. II. Mund. ſubterr. p. m. 372. ſeqq.* De nobili poſt triduum in ſepulcro conſpecto, qui totus ſcatuit *ſerpentibus*, vid. *Salmut. C. III. obſ. 30. Miraculosè* natos eſſe, ſub putreſcente & fœtente ægro, qui parentes ſuos verberarat, ſuſpicatur ex *Henneberg.* Preuſ-

nobilis in ſepulcro ſcatet anguibus.

ſiſcher

ſiſcher Land=Tafel. *Schottelius*, JC. & Conſil. Gvelfycus, *L. de ſinglar. in German. Jurib. c.III. p.m. 92. E ſeminio* ſuo orti ſunt, in quo omnia totius Naturæ miracula. *Mihi experto credite*, ait *S. Auguſtin.* citante eum *Sim. Majolo, T. V. dier. canicular. p. 1083. quod apertis ſepulcris, in capitibus invenietis* bufones ſaltantes, *generatos* EX (rectiùs IN) *cerebro in renibus* ſerpentes *generatos in lumbis, in ventre* vermes *ſcaturientes generatos* EX (in) *viſceribus. Ecce! quid ſumus? & quid jam erimus? ecce! in quod reſolvimur.* Cur verò ex uno *bufonis* cadavere, etiam excrementis, tam *diverſæ* inſectorum ſpecies? non aliunde, quam ex alimenti, quô veſcitur, *bufo*, ſeminio. Cùm herbæ, quas comedit, muſcis, erucis, aliiſque *vermibus* in inſectis incopioſè refertæ ſint, ea unà cum alimentis aſſumta diverſa ingerunt *ſeminia*.

pompa hominum.

unde diverſa inſecta ex uno bufone?

§. 23. Licet ἰδιοσυγκρασίαν tùm individuorum, tùm ſpecierum, accuratè diſcernere vix queamus, communis tamen ſententia, *bufonis* temperiem *humidam* eſſe ac *frigidam*. *Cibus* terræ humor isque venenoſus, (Hinc γηόφαγος dictus,) Herbæ, ut *ſalvia*, (cujus radix tamen ei lethalis) *cicuta*, Krôten-Peterle dicitur, qſ. *bufonis petroſelinum, lumbrici, muſcæ, aliique vermiculi* &c.

temperies cibus.

Cum

Cum gramine crebriùs minutos *bufones* etiam devorant. Queſtus mihi nuper Amicus de inſolita multitudine *bufonum* in horto, iratus à veneficis ſibi illatam. Riſi hominis ſimplicitatem. Ingreſſus tandem cum eodem, vidi ad muros & alibi *cicutam* cum *napello*, ubique roſas inter & lilia ſuperbè dominantem. Heus tu, ajebam quorſum purgamenta iſta horti? aufer pabulum, ingrato hoſpiti, & furcâ expuliſti. Paruit: numerumque valde ſenſit imminutum. Ceterùm miror prudentiam Naturæ, quòd thymo & lilio aliquando *napellum*, aliudve venenum interplantet. Cùm enim hæc ſuccum virulentum, ſibi convenientem, è terra attrahant, fit, ut alimentum purius evadat & gratius.

hiſtoria.

prudentia Naturæ.

ἀντιπάθεια cum aranea.

§. 24. Ἀντιπάθεια *bufoni* cum *aranea, pice Norwagica, ruta, muſtela, formica, talpa* &c. Adeò horret *araneam*, ut eò tempore, quô hæc prodit, i. e. tempore ſiccô ſole meridiano, non compareat. Conjice *rubetam* (ut ſuperiori æſtate crebriùs fecimus,) in ſcrobem, admove *araneam* ex baculo pendentem, conſpectô hoſte protinus per filium deſcendet, ictusque inflictô tantùm ſtupefaciet, ſed etiam exanimabit eum, &, qſ. victoriâ de hoſte feliciter reportatâ, per filum aſcendet.

det. Aliquando tamen, contra ictus *araneæ*, aliorumque animalium venenatorumque, *plantagine* ſe munire dicitur, ſi *Plinio* credimus. Confirmat idem *Helmont.* in *Tumul. peſt. p. m. 886.* exemplo Dominæ *de Romerſwale*, candidè referentis, ſe quondam totô pomeridie ſpectaſſe duellum *araneæ & bufonis*. Hic enim dum ſe superne ab *aranea* deſcendente ictum ſentiret, & capite confeſtim ſe intumeſcere, confugit ad herbam, quam lambebat, ac celerrimè curatus detumuit; unde iteratam pugnam aggreſſus, iteratò quoque ictus fuit in capite, & ad eandem herbam properavit. Idque tum iam tertio accidiſſet, ſpectatrix, tædiô affecta, plantam cultrô exſcidit, (erat autem *plantago anguſtifolia*, dumque eò quartâ vice *bufo* rediret, nec iſtam herbam reperiret, celerrimè totus intumuit, & terrore percuſſus, mox obiit. *plantago bufonis alexipharmacum.*

§. 25. Monachus quidam faſciculos aliquot ſcirporum in cubiculum congeſſerat, ſparſurus eò, ſi commodum videretur. A prandio autem ſupinus dormitans, grandis *bufo* erepſit, osque dormientis obſedit, infixis ſuperno atque inferno labro quatuor pedibus. Tandem bonus Cœnobita ad feneſtram, ad quam grandis *aranea* ſuam habebat textrinam, delatus jacuit *hiſtoria.*

ſupi-

ſupinus. Hæc inimicô ſuô conſpectô, filo ſe librat, & bufoni ſubitò ſpiculum infigit, denuoque ſe filo recipit in telam. Intumuit *bufo*, non tamen avulſus eſt. Repetit *aranea* ictum; magis intumuit bufo, adhuc tamen vixit. Tertiò ictus retraxit pedes & mortuus decidit. Vid. *Jonſton. L. IV. de quadrup. c. 1. Art. 2. P. I. Laurenberg. in Acer. philol. p. m. 536. Kirch. de Mund. ſubterran. T. II. L. IX. Sect. I. c. 4. p. m. 121.*

unde antipathia araneæ & bufonis? §. 26. Unde autem hæc antipathia? ex diverſitate utriusque animalculi veneni. *Bufonis* virus ex corrupta putredine & venenoſo terræ muco conflatum: *araneæ* verò äereum, ſubtile & ſpiritû turgidum. Hinc *aranea* ſpiritibus deleteriis & mineralium ſuccis plena, ubi *bufoni* venenum, ſui Juris nunc factum, in ſuum venenum convertit, & ideò *bufonem* in alienô, totâque diſſimilitudine ſubſtantiâ venenô infectum proſternit. *Bufonis* autem venenum humido-frigidum eſt, (quoad ſenſum, aliàs non neſcio, nullum venenum formaliter eſſe frigidum,) *araneæ* contrà calidum & ſiccum. Quid igitur mirum, ſi ex hujus ignea quâdam vi pollentis veneni efficacia *bufonium* venenum, omninò contrarium, conſumatur & deſtruatur.

tur. *Kircher Mund. ſubterr. T. II. L. IX. Sect. I. c. 2.* Virus *aranei* ſpirituosô, maximeque activo ſale volatili turget, ideoque longè potentius & efficacius, quod copioſum *bufonis* ſal fixum ocyus volatiliſat, ut, abſumptô pauculô humidô, mors repentina ſubſequatur.

§. 27. Sanè ſi menſibus Junio & Julio præſertim, cœlô æſtuosô, medio meridie, aut non longè poſt, Sole ardente, ipſôque actû torrente & exſiccante, dorſum è regione cordis *rubetæ pice liquidâ*, ſeu *axungiâ* illâ *Norwagicâ* vulgari minimè aquâ, aut ullô aliô ungvine dilutâ, ſeu remiſtâ, probè inunxeris, è veſtigio palpitantem illius pelliculam, (cuti analogam,) mox ipſam *rubetam* ilia ducentem, mox eam convelli, mox torpeſcere, mox conglobari, aut conglomerari, denique intra dimidium horæ quadrantis ſpatium, ſupinam quadrupedem paſſis pedibus emori cernes. Aliis verò anni, ſeu diei temporibus naturaliter conſtitutis, non idem. Quin & aliis intervenientibus circumſtantiis, e. g. Si pridie aut heri largi ceciderint imbres, ſolô adhuc madente, *picata* licèt pinguiter fuerit, raro aut certè non tam ſubitò, ut diximus, fatiſcet. Imò ſimul ac tacta eſt *pice*, præter recenſita ſymptomata, etiam vomituriet, & ut vomi-

Pix Norwagica bufoni venenum.

ſupinus. Hæc inimicô ſuô conſpectô, filo ſe librat, & bufoni ſubitò ſpiculum infigit, denuoque ſe filo recipit in telam. Intumuit *bufo*, non tamen avulſus eſt. Repetit *aranea* ictum; magis intumuit bufo, adhuc tamen vixit. Tertiò ictus retraxit pedes & mortuus decidit. Vid. *Jonſton. L. IV. de quadrup. c. 1. Art. 2. P. I. Laurenberg. in Acer. philol. p. m. 536. Kirch. de Mund. ſubterran. T. II. L. IX. Sect. I. c. 4. p. m. 121.*

unde antipathia aranea & bufonis? §. 26. Unde autem hæc antipathia? ex diverſitate utriusque animalculi veneni. *Bufonis* virus ex corrupta putredine & venenoſo terræ muco conflatum: *araneæ* verò äereum, ſubtile & ſpiritû turgidum. Hinc *aranea* ſpiritibus deleteriis & mineralium ſuccis plena, ubi *bufoni* venenum, ſui Juris nunc factum, in ſuum venenum convertit, & ideò *bufonem* in alienô, totâque diſſimilitudine ſubſtantiâ venenô infectum proſternit. *Bufonis* autem venenum humido-frigidum eſt, (quoad ſenſum, aliàs non neſcio, nullum venenum formaliter eſſe frigidum,) *araneæ* contrà calidum & ſiccum. Quid igitur mirum, ſi ex hujus ignea quâdam vi pollentis veneni efficacia *bufonium* venenum, omninò contrarium, conſumatur & deſtruatur.

tur. *Kircher Mund. ſubterr. T. II. L. IX. Sect. I. c. 2.* Virus *aranei* ſpirituosô, maximeque activo ſale volatili turget, ideoque longè potentius & efficacius, quod copioſum *bufonis* ſal fixum ocyus volatiliſat, ut, abſumptô pauculô humidô, mors repentina ſubſequatur.

§. 27. Sanè ſi menſibus Junio & Julio præſertim, cœlô æſtuosô, medio meridie, aut non longè poſt, Sole ardente, ipſôque actû torrente & exſiccante, dorſum è regione cordis *rubetæ pice liquidâ*, ſeu *axungiâ* illâ *Norwagicâ* vulgari minimè aquâ, aut ullô aliô ungvine dilutâ, ſeu remiſtâ, probè inunxeris, è veſtigio palpitantem illius pelliculam, (cuti analogam,) mox ipſam *rubetam* ilia ducentem, mox eam convelli, mox torpeſcere, mox conglobari, aut conglomerari, denique intra dimidium horæ quadrantis ſpatium, ſupinam quadrupedem paſſis pedibus emori cernes. Aliis verò anni, ſeu diei temporibus naturaliter conſtitutis, non idem. Quin & aliis intervenientibus circumſtantiis, e. g. Si pridie aut heri largi ceciderint imbres, ſolô adhuc madente, *picata* licèt pinguiter fuerit, rarò aut certè non tam ſubitò, ut diximus, fatiſcet. Imò ſimulac tacta eſt *pice*, præter recenſita ſymptomata, etiam vomituriet, & ut

Pix Norwagica bufoni venenum.

vomitum promoveat, priores pedes ſuos, aliàs illi manuum locô inſervientes, quouſque poterit, profundè in rictum intrudet, ungviculis verò lingvam ſcabet, ſcalpetque, interdum quoque *corculum*, aut *ventriculum*, vel quod maximè crediderim, *caput aſperæ arteriæ* oculis contortis & rubentibus eructabit. Nonnunquam etiam *picata* virus, *ſeu liquorem* excernet, clademque ſuam *olelygine* voce ranis propriâ, editâ, conteſtans animam efflat. Quod gratiſſimum nobis ſpectaculum, præeunte Excell. *Paulli*, non ſemel cum tripudio fecimus. Caveas autem, rogo, quisquis periclitari velis, ne iuſtô propiùs, ſeu diutiùs moribundæ *rubetæ* aſſiſtas, ne quid detrimenti capias, exemplô Venerandi noſtri *Senis Tract. de febrib. malign. §. 21.*

ratio. §. 28. Vah! inquies, ſiccine pix *Norwagica bufoni* venenum? ita ſi illud tibi venenum, quod *citò* occidit. Tam παλμὸς verò, ſeu ἴπνος illius cuticulæ, vel pelliculæ, quàm interitus ejus, ſeu exanimatio, ut ſic loquar, unicè accepta ferenda eſt ipſius *temperamento*, quod in eo deſtruitur, ubi ἀτράχηλος (ſeu collô carens) *pice Norwagicâ* bene picatus fuerit, ne atomum aliàs veneni in ſe continente. *Avium jecur*, (inquit *Ariſt. L. III. P. A. c. 12.*)

c. 12.) maximè ſimile eſt jecori viviparorum. Purô enim & ſanguineô colore exhilaratur, ut illud, cujus rei cauſa eſt, quòd avium corpora diſſlari evaporarique optimè poſſint, nec multum habeant excrementi vitioſi. Quo etiam fit, ut nonnulla ex viviparis felle careant. Jecur enim ad temperiem ſanitatemque corporis multùm confert. Finis namque eorum in ſanguine potiſſimum ſitus eſt. At verò (quàm belle hîc philoſophatur! *quadrupedum oviparorum & piſcium jecinora maximâ parte pallidiuſcula ſunt, nonnullorum etiam* vitiata *omninò, ut corpora quoque eorundem, pravum temperamentum ſortiantur, velut* rubetæ *teſtitudinis* &c. Viden', quàm pravæ temperiei (comparatè loquendo, omnia alias opera DEI *valde bona* ſunt *Gen. I. 31.*) ſanguis *bufonis*, idemque naturaliter ſiccus, & multô ſale prægnans ſit. Hinc evenit, ut, dorſô ejus *pice liquidâ* inunctô, à *ſale volatili*, quô abunde conſtat, nova, *at inordinata*, ſeu præternaturalis, ζέσις in venulis, ipsôque corde *bufonis* oriatur, ſangvis (qui ſui generis) ichoroſus, ſeu ſerum & ichor ejus, multô ſale fixo imprægnatus, à *ſale picis volatili* volatiliſetur, hoc contrà ab eo figatur, ichor ſerumque conſumatur, ut, ob *lenteſcentem*, ſeu ſuccum alimentarium, illi analogum, periodus ſuſſlaminetur,

ſyncope tandem & morte illâ repentinâ ſubitò ſubſequente. Adde, quòd ardor Solaris *picem* illam *liquidam* inſuper adeò adurat lenteſcentem, ut pulſus motusque cordis *rubetæ* omninò ab eâdem inhibeantur, & penitus ceſſare cogantur.

bufones vaccas exſugunt.

§. 29 Exſugunt aliquando *bufones* vaccas in ſtabulis, quos præeunte *Colero L. II. c. 40. f. 403.* ita abigit *Martinus Böhm*, in der Vieh-Artzney *p. m. 8.* Bißweilen/ ait, giebt es viele Kröten in Ställen/ ſo das Vieh ausſaugen/ alſo daß den Kühen die Euter ſehr zerſchwellen/ alsdenn nimm Butter/ und ſchmiere die Euter damit/ ſo vergehts ihnen. Damit man aber ſolcher böſen Gäſte aus den Ställen gantz loß wird/ ſo ſetze man Wagen-Schmier in einem Scherblein in die Ställe/ ſo bleibt keine Kröte darinnen.

quî abigendi?

Aliquando tamen mera ſuperſtitio plebis eſt, qua de *D. Clauder. in Decur. II. Eph. noſtr. ann. III. obſ. 74. p. m. 168.* Odor etiam *bryoniæ*, ejusque pulvis, eos fugare dicitur. *Coler. L. V. c. 34. p. 171. & c. 35. p. 172.* Modum Magicum ſi placet, vid. *in tr. de curat. læſ. malef. p. 376. Joh. Wieri.*

ruta bufoni contraria.

§. At cur *ruta* bufoni venenum? *ruta*, ajo, ſed *recens*, (ſicca enim, ἄοσμο- καὶ ἄποιο-, omnis odoris & ſaporis expers, i. e. ſulphure & ſale volatili exuta, ut

ut conſtanter cum *Paulli noſtro Cl. II Bot. quadrip. p. m. 116. & Cl. III. p. 464* aſſerimus, ob eandem cauſam enecat *bufonem*, ſc. quia *ſale volatili* copioſiſſime conſtat. Et novimus ex *Alberto*, (vid. *Geſner. L. de quadrup. ovipar. c. de ranis p. 67.*) quòd ſi *bufo*, aquâ perfuſus, & poſtea *ſale* conſperſus fuerit, eum crepare, tandemque ad oſſa uſque conſumi. Hoc ipſum *ſal* poſtea ſi in aqua diſſolvatur, ita eum inficit, ut linteum vel induſium eô madefactum incurabili *ſcabie* hominem inficiat. Si detrahere volueris, vel pellem punge, vel virgâ exagita, ſeu ſuperficie punctam in aquam conjice. *Jonſton. L. IV. de quadrup. digit. ovipar. cute tect. c. I. art. 2. punct. 1.* Sic eſt: quamdiu vel non inſigniter, per novam & inordinatam iſtam ζέσιν, circulatio ſanguinis ordinaria, ſeu naturalis in *bufone* turbatur, vel omninò eſſe non deſinit, tamdiu vivet adhuc beſtiola. Ex hiſce patet, quâm ſæpè aliquid, nulli aliàs noxium, in cenſum *venenorum*, etiam præſentiſſimorum, veniat, licèt ne atomum virulentam in ſe contineat, modò externe illinatur, & periodum ſangvinis ſuccivè nutritii (in qua animalium pariter & vegetabilium vita & integritas conſiſtit,) vel *perturbet*, vel omnimodè *ſufflaminet*. Cui enim unquàm

& ſal.

tius quærere mortem per victoriam, quam tamen *bufo* halitû ſuo venenatô celerrimè intoxicare poteſt, adque primum conflictum exanimare, ut victa veneno cedat in rapinam *bufoni*, & ex veneno *rabioſa* ſe temerè appropinquet *bufonis* rictui.

bufonis & ſerpentis odium.

§. 32. Cum *ſerpentibus* etiam *bufones* invicem diſſentire notum eſt. Vidit *M. Paul. Venet. L. II. chorogr. Tart. c. 41. & Buſbeq. epiſt. Turcic. 3. p. 136.* eosdem integros mures & *bufones* deglutiiſſe *D. Godfred. Buxbaum*, Phyſ. Ilenburg. *ſerpentem* olim aperiens, in ventre ejus reperit *bufonem*, teſte *Polluce noſtro Curioſo in Ephem. Germ. ann. I. obſ. 137.* De prælio *bufonio & ſerpentino* ſuprà §. 2. quædam aſperſimus. Placet tamen ſynopticè hîc repetere. Audiverat *Brechtoldus Grætterus*, Hotobachii habitans, Anno 1473. in valle *Dibachiana* magnum ſtrepitum ſibilumque juxta rivum aliquem. Cumque ſciſcitaretur, quid hoc rei eſſet? invenit variorum *ſerpentum*, viperarum & bufonum inuſitatæ magnitudinis tantum cumulum, quô *cupalutoria* impleri potuiſſet: altero die eosdem adhuc ibi invenit, tertiô autem abierant, relictô *bufone* interemtô, & *angue* in humore glutinoſo hærente, cum adjacente *lapide bufonio*, quo de ſuprâ. Ideô autem

prœlium bufonum cum ſerpentibus.

tem peti dicitur à *ſerpentibus*, ut, comeſtô eô, venenum nanciſcatur fortius. Et hinc cauſa antipathiæ. *Catus* etiam cum *bufone* pugnat, &, ſi poteſt, necat, at non devorat. Plerumque autem veneno læditur, niſi, ut ajunt, aquam ſubitò ſuperbibat. Apes *bufoni* nocere nequeunt, ab apiario tamen facilè interimitur. Odorem *florentis vineæ*, *naſturtii* &c. etiam horret bufo.

Spectrum à Marcomiro viſum.

§. 33. Refert *Geſner* ex *Münſtero*, *L. II. de quadrup. ovipar. p. 73.* Trojanos, deſtructô *Iliô* marique trajecto circa *Mæotin* habitaſſe. Ubi cùm à *Gothis* infeſtarentur, *Marcomirus*, Rex eorum, cum reliquis profectus novam & quietiorem ſedem quærere ſtatuit. Monitus autem ab oraculo, ut locum illum adiret, ubi Rhenus in mare illabitur, à Maga, etiam, *Allruna*, ad profectionem illam. 433. ann. ante N. C. Suſcipiendam impulſus eſt. Effecit enim mulier illa arte ſuâ, ut noctû appareret *Marcomiro* ſpectrum quoddam *triceps, aquilæ, bufonis & leonis* capite ſcilicet. E quibus *aquila* ſic eum affatur: *genus tuum*, ô Marcomire, *opprimet me & conculcabit* leonem, & *interficiet* bufonem. Hiſce ſignificavit: poſteros ejus *Gallis, Romanis & Germanis* imperaturos.

§. 34. Cla-

§. 34. Clarius è *Lazio Majolus, T. V. dier. canicular. p. m,* 1171. Primum erat *bufonis*, ſecundum *leonis*, tertium *aquilæ qſ. expanſis alis* deſuper ſtantis, & dextrâ *leonem*, ſiniſtrâ verò *bufonem* foventis. Dixitque *aquila: tua progenies caput meum ſibi ſubjiciet:* leonem *ſimul conculcabit*, & bufonem *occidet.* Non me, quòd *fœda* appareo, Rex aſpernandum ducas. Eſt ſpecies rebus conveniens, & forma futuris. *Me primum extinguet generatio tua procul: poſthæc* leonem *ſervabit enſe captum, cujus ore, quod reliquum eſt, audire curato. Leoninum* poſtea *caput* dixit: *hoſpes in mea, fortiſſime Rex, cum gente tua venturus*, citò bufonem *vinces labore & tempore multo. Tunc mea tibi cedunt jura paſſim ultrò bellis & aſtu. Poſtea me dextrum coronabit* aquilæ *monſtrum, habens à ſiniſtris ſemine victum.* Quod verò poſtea futurum erit, noſtra tibi conjunctio monſtrat. His à *leonino* phantaſmate relatis, *tria in unum capita* citò converſa, ſtabatque monſtrum *triceps in hominis* figura transformatum, *aureô* diademate coronatum, ſiniſtrâ *ſceptrum* gerens, dextrâ *gladium.* Porrò, hæc viſio, ait, Francici regni *progreſſum & incrementum* præſagiit; quòd ſcilicet, Romano Imperio ex Occidente profligatô, etiam *leonem* ſibi ſit ſubjecturum, *bufone* ſemi-

clarius exponitur.

ne proprio victo. Per *Leonem* Burgundia ſignificabatur, in quam Francus primò *hoſpes*, deinde victor *venturus* eſſet. Poſtea enim *Clodomirus*, natû maximus *Clodovæi M.* cœleſtinæ coronæ in *aureo clypeo* exiſtenti, quæ vetuſtiſſima *Burgundiorum* inſignia erant, *leonem* addidit. Ecce poſtea ad *Habſpurgenſes* devoluta, qui *Tranſiuranam* ditionem acceperunt. Per *bufonem* intelligebatur *Tranſiurana* Regio, in quâ multi paſſim lacus. Nam ea regio poſtea Francis ceſſit, qui *tres bufones* in antiquis inſignibus præferebant, à *Clodovæo in tria lilia* commutatos. Quæ autem *Geſner. de Marcomiro* aſſeruit, *Majolus* ea omnia ad *Meroveum* retulit. Conf. *Barthol. Anhorn. Magiolog.* P. II. c. 9. §. 3.

venenum bufonis, §. 25. *Albertus* paucum & mite *bufonibus* affinxit venenum, niſi dicas, de iis tantùm, qui *in frigidioribus* degunt regionibus intellexiſſe. Noſtratium ſanè venenum *penetrantiſſimum*. Inprimis *ſaliva* eorum venenoſiſſima, quâ ſi herbam inficiant, non minus fiet lethalis, quàm *napellus*, dicente *Jonſtono* L. IV. *de quadrup.* c. 1. *art.* 2. P. I. p. m. 88. Hinc diſtichon Græc. Autoris Anonymi, quod *Syneſius* in epiſt. quadam ad fratrem recitat:

Ἀσπι-

Ἄσπιδα, φρῦνον, ὄφιν καὶ λαδικέας περι-
φεῦγε,
καὶ κύνα λυσσίτην, καὶ παλιλαδικέας.
Aſpida bufonem, *nec non vitabis echidnam,*
atque *canem rabidum, non ſecus ac hominem.*

§. 36. *Bufo*, quomodocunque obvius, veteribus in auguriis pro *fauſto* habebatur *omine*, *Aug. Niphus L. I. de auguriis.* At me veſtigia terrent! Verè *Hippocrat. in epiſt. ad Cratevam Rhizotomum*: *Herbis*, ait, *multa* reptilia *venenum immittunt*, (halitû, mictione, ſalivâ, morſû, ſpermate) *& hiatû ſuô internæ ipſarum teneritudini afflictionem inſpirant. Et hujus rei ignorantia erit, niſi ſane nota aliqua, aut macula, aut odor ferus & gravis rei factæ indicationem fecerit.* Geminum tibi exemplum dabit *Paulli noſter in Bot. quadr. Claſſ. III. p. m. 455.* ſeq. alterum de *puerulo bimulo*, è baccis *rubi idæi*, rurilectis, lethali *cholera* affecto: alterum de *affine* ſuo, à *fragis* illotis comeſtis intrà biduum jugulato. Credibile (eſt judicium venerandi Senis) vel *fraga* arroſa fuiſſe à *bufonibus*, vel infecta funeſtiſſimô eorum *venenô*, quod q*ſ* *micturiendo* excernunt, vel *vermiculos* fuiſſe in cauſa, quos incautè unà cum *fragis* comedit. Audi igitur, *Nonni, L. I. de re cibar. c. 30. p. m. 97.* qui innocentiam *fragorum* adeo miraris inquiens

illuſtratur hiſtoriis.

fraga lethalia.

quiens.: *nam cum* fraga *terram propè contingant, ideoque à* venenatis animalibus *facilè conculcantur, nullum tamen ab iis* virus *admittunt*, aut alienum ſaporem *accipiunt quo argumento* nullam *iis eſſe* cognationem cum venenis *teſtatiſſimum relinquitur:* nuſquam *enim auditum,* (oho!) *aut ſcriptum, quenquam horum eſu, malignô aliquo* affectû *correptum.* Ante biennium ruſtica mulier, cum filiolo ferè ſexenni, nundinas hebdomadarias Brunſvigæ viſitatura, in via fortè reperit humi naſcentia *fraga*, quæ decerpta puſioni, rore adhuc, ut rebatur, madida largitur. Devorat ille illota avidè. Mox autem præ deliquio animi concidit, ut mater cum illo in villam ſuam caſamque redire coacta fuerit. Ipſa autem locum, qui produxerat, curioſius cum vicinia contemplans, duos ibi invenit *bufones* valde *tumidos* & rictu aperto; altero die filiolus moriebatur. Quis dubitat, *fraga* iſta à *bufonibus* fuiſſe infecta?

Obſerv.

ſalvia lethalis.

§. 37. Et quamvis aliàs effluvia plantarum, ſulphure ſaleque volatili prægnantium, fugiat & adverſetur, ſub *ſalvia* tamen *thymoque*, ob ſingularem ſympathiam, plerumque domicilium ſibi figit. Ideò noſtrates catè interplantant *rutam*, peſtem ejus. Non longè ab urbe *Toloſa* bini mercatores

tores, *illotis ſalviæ foliis* in vinum conjectis, illicò, atque id bibiſſent, mortui ſunt. *Paræus L. XX. chirurg. c. 24. p. 509. Chriſtoph. Richter, C. V. ſpectac. hiſt. num. 86. Zeiler epiſt. miſcell. 61. p. m. 502.* Sponſus cum amaſia juxta *ſalviæ* fruticem hilariter ludens, dentesque & gingivas foliis ejus confricans, ſubitò extinguitur. Sponſa de veneficio ſuſpecta, innocentiam ſuam declaratura, ex ipſamet *ſalvia* folia decerpit, oſtendens: amaſiū hôc modô, quô tunc ipſa, deterſiſſe dentes & gingivas, eodemq; fatô periit, ut ex *Mizald. C. I. memorab. aph. I.* recitat *Schenk. L. VII. obſ. 81. Joël, T. V. oper. med. L. II. Sect. IV. p. m. 138. ſeqq. & Sebaſt. Meyer, in ſelectis f. 73.* Cauſam retulimus olim in *halitum bufonum*, ſub *ſalvia* hoſpitantium. At *Kircherus* aliam detexit. Cum enim curioſiùs plantæ hujus conſtitutionem examinaret, advertit tandem, foliorum aſperitate quâdam polluentium extrinſecam ſuperficiem totam opertam, veluti *aranearum texturâ* quadam intra quam *minutiſſima animalcula* comparebant, quæ labori perpetuo inſiſtebant, cum *bullulis* quibusdam, veluti *ovis*, ſuperficiei offuſis; quæ uti proculdubio *fœtura* quædam *animalculorum* iſtorum eſt, ita *virulento* ſuo *humore* ingentem homini noxam afferre poſ-

quare?

ſunt,

ſunt, quæ tamen aut digito abſterſô fo. liô, aut aquâ lòto ſtatim diſparebant. *L. de Peſte S. I. c. 7. §. 2. experim. 3. p.m. 71. ſeq.* & *in Mund. ſubterran. L. XII. Sect. II. c. 6. p. 369.* licèt *D. Joh. Paterſon* hoc experimentum ſua obſervatione ſuſpectum reddere velit. Non

cenſura Bonetti. tamen de nihilo eſt æqua Excell. *Bonetti* cenſura *L. III. Med. Sept. Sect. XII. c. XI.* dicentis: *licet folia hæc nec* digitô abſterſa, nec aqua elota *ſæpe abſque discrimine in cibum venire compertum habeamus, adeoque ſi* naturalis *ſit illa* animalculorum *in omni* ſaliva generatio, *vix ſine hæſitatione aliquâ beſtiolis hiſce venenatam iſtam qualitatem adjudicare valeamus: quin vicina admodum* bufonum *latibula adſperſi ab iisdem veneni majorem ſuſpicionem movere queant.* Quærant nunc *Salernitani*:

cur moriatur homo, cui ſalvia *creſcit in horto?*

ſcilicet *halitus bufonum, mador, ſaliva* & *humor iſte excrementius, urinæ analogus*, radices ac folia *ſalviæ* exitiali venenô

Monitum. inficit. Caveamus ergo neceſſe eſt, ne *illotam* & inexpiatam *ſalviam* aliasque herbas e. g. *bugloſſ. meliſſ.* &c. antris eorum propius adnaſcentes, temerè olfaciamus, mandamus, in ſinu geſtemus, aſſandæ bubulæ ac vervecinæ infigamus, aut ſcyphis & juſculis

inji-

injiciamus, ſeu contra aphtas puerorum cujusvis obvię ſalviæ foliis defringamus. Inprimis illa cenſetur maximè peſtilens, quæ foliorum pinnas veluti *carbunculatas* præ ſe fert, qſ. *ſphacelata* foret, aut *ſideratione* aliquâ percuſſa. Vid. Nos σὺν Θεῷ fuſiùs in *Tract. noſtr. Salvia, Sect. ultim.*

§. 38. Vidit Kircher. ὁ Πάνυ, luctuoſam cataſtrophen Monaſterii cujusdam in Germania, quâ Monachi intra unius diei naturalis ſpatium ad unum extincti ſunt omnes, incuriâ coqui, qui carnes coxerat in lebete immundo, in quem *bufo*, pingvedini inhians, noctû irrepſerat, ſuôque venenô infecerat. *L. de peſte Sect. II. c. 2. p. m. 207.* Similem hiſtoriam (ſi non unam eandemque) recitat *Münſter. in Coſmograph.* citante *Ezlero in Iſagog. Phyſ. Magic. Med. c. VII. p. m. 163.* de conventû *Yſnenſi*, eodem fatô extinctô, Anno 1630.

bufo necat Monaſterium.

§. 39. Narrat *Salmut. C. I. obſ. 59.* in diverſorii publici cubiculo pleroſque hoſpites manè mortuos fuiſſe repertos, tandem adveniſſe militem, & hoſpitio ſe ſuſcipi petiiſſe. Factum! noctû candelam accenſam propè lectum collocat. Paulò poſt *felis* accurrit, in medio pavimenti dormitura. Sub medium noctis *ingens bufo* ex angulo

& hoſpitium,

gulo quodam prorepit & lambit *cattum.* Miles autem è lecto proſiliens *rubetam* gladio necat. Ab iſto tempore omnia conquievere mala. Fortè *felis* infecit hoſpites, per *halitum venenoſum,* à *bufone* ſibi communicatum. Pro vero mihi narratum, in conclavi quodam cibis à menſa reſiduis, aliisque rebus deſtinato, omnia eſculenta repoſita, poſteaque comeſta varios excitaſſe vomitus, nauſeas, cephalalgias &c. Sublato tandem pavimento *innumeri* reperti ſunt *bufones.*

& conclave.

vires bufonii veneni.

§. 40. Juvenis *bufonem* incautè occidens, ad tantum totius corporis devenit ſtuporem, ut biduo ſterteret ſine pulſu. *Ardoyn. L. IV. de Venen. c.* 7. Alius cannâ, quâ *bufo* infixus erat, ita ſuas veneno infecit manus, ut *omnem cibum* iis tactum *evomeret*; nec ocyùs ceſſabat *Vomitus*, donec ex aliorum manibus cibum caperet, ut ex *Ferdinand. Pozett. L. III de venen. c.* 12. refert *Jonſton. L. IV. de quadrup. c. I. art.* 2. *P. I. p. m.* 188. *b.*

confirmantur hiſtor. alia.

§. 41. Excellentiſſ. *D. D. Hannemann, Phyſ. in Illuſtri Kilon. P. P. Curioſ. Neſtor II. Amicus & Collega pl. honorandus. in Decur. II. Miſcell. Curioſ. ann. I. numero* 134. hiſtoriam habet de puero XVI. annor. *bufonem* lapide petente eundemque ſemper eâdem ma-

nû re-

nû reaſſumente, qui veneno *bufonis* adeò tandem infectus, ut utraque manus intumuerit, & alter pedum ad nates retractus, totum corpus tumidum & magnum aſthmate præcordiali ſubſequente. Dedit ei de theriac Drachm. ℥. ß. cum liquore. Quâ reſtitutur. Tumidis verò manibus admovit *bufonem* exſiccatum. Adde *Th. Bartholini, diſſert. de tranſplat. morbor, & Vol. II. Act. Hafniens, p.* 265.

§. 42. Cùm *D. D. Everhard. Gockel. Sereniſſ. Ducum Würtenb. Weilting. Archiat.* Liber. & Imperial. Ulmæ Svevor. diverſorumque *S. R. I. Statuum Phyſ. ordinar. Curioſor.* ALECTOR, *Collega & Amicus exoptatiſſimus,* adhuc puer in hortum parentis, Collegii Medici ibidem Senioris, ac Loimiatri, quem ex gratia Magiſtratus propè Limodochium poſſidet, expatiatus eſſet, *bufonem* prægrandem offendit, quem fuſte verberavit. Quô factô venenoſiſſimum animalculum è poſteriori corporis parte, quaſi per Siphonem virus peſtiferum emiſit, cujus unam partem faciei, alteram verò oculo dextro inſperſit. Ex veſtigio, quaſi nebuloſæ tenebræ, cum lancinantibus & pulſantib⁹ doloribus, adjunctâ magnâ oculi inflammatione, exortæ ſunt, & & præ ſymptomatum velociſſima gra- **aliâ.**

vitate oculo intoxicato nil amplius videre nec diſtingvere potuit. Ille, anxietate preſſus ad fontem protinus properat, &, inversâ palpebrâ, oculum undiquaque eluendo, ac linteolo madido venenum detergendo, diligentiſſimè purgavit, donec videndi, omniaque rurſus diſcernendi, daretur copia. Domum ita reverſus parenti caſum exponit. Qui, relatione perterritus, Theriac. Andromach. ſubitò comedendam dedit, eaque oculum externè per circumferentiam oblinivit: quo facto, materia aquea & ſeroſa confertim, ex oculo emanavit ardor remiſit, καὶ πάντα καλῶς.

alia. §. 43. Cùm mulier in Comitatu *Sondershuſano*, graminis colligendi ſtudioſa, de improviſo, à *bufonis* veneno in manu dextra læſa, & unicâ ſaltem horâ elapsâ ingentem ardorem, punctionemque in toto ſentiret brachio, illudque livido ad atrum vergente colore inſignique tumore corriperetur, præſcripſit ei *Cl. Scharfius*, Amicus noſter BIAS, *Tract. de Juniper. c. XVI. p.m. 217.*

Theriac. Mithridat. an. drachm. un. & ſem. rob. juniperi unc. unam, acet. bezoard. unc. duas, Syrup. card. benedict unc. unam & ſemis, pro tribus doſibus.

Ex-

Externè verò:

Ol. Junip. & Scorpion. an. drachm. duas, Antidot. Matthiol. theriac. an. drachm. un. & ſem. Unguent. Roſ. Unc. unam M. quo locum affectum fauſtè inunxit integrè ſibi reſtituta.

§. 44. Ipſemet ego in prato aliquando ambulans, herbam vireſcentem evulſi, calceos luto conſperſos eadem abſterſurus, ſed ecce! ſubitò intumuit manus, ſupervenere ſyncope & vertigo, ut vix titubando ad proximam ruſtici caſam remeare quiverim, ubi *lacte* ſumto, melius habere cœpi, exhauſto poſtmodum alexipharmaco, ex officina allato. Dubio procul *madore*, *ſaliva* aut *lolio* (ut ita dicam) *bufonio* herba conſperſa fuit. Erant enim multi in vicinia.

§. 45. De *ardore urinæ* ex eſu ranarum, quæ ſe cum *bufone* miſcuerant, vid. hiſt. *Leonelli Faventini de Victoriis in Pract. Med. c. 70. p. m. 552.* eamque decerpſit *Foreſt. L. XXV. obſ. 36.* Scribit *Guilielmus Piſo, L. III. Med. Braſil. p. m. 46.* barbaros in pulverem redigere *bufones* torrefactos, & lethalia inde conficere pocula. Hinc faucium gutturisque inflammatio, ſiccitas, anhelitus, fœtores, ſingultus, vomitus, dyſenteria, convulſiones & alia ſymptomata à *Joële T. V. oper. Med. L. II. Sect. IV. p. m.*

139. *ſeq.* & aliis repetita. Et magni nominis fœmina in Gallia nuper è *bufonibus*, ſale & ſpiritu vini per deſtillationem præparatis, exitiale virus paravit, quo exhibito multas illuſtres perſonas extinxit. Quî *artificioſa peſtis*, opera *bufonum*, præſertim rabie prius concitatorum, aliorumque venenorum, effici queat, exponit *Kircher. de Peſte* S. I. c. 10. p. m. 114. *ſeq* annexis hiſtoriis. Et annon *Juvenal. Sat. I.*

peſtis artificioſa.

occurrit matrona potens, quæ molle calenum
porrectura viro miſcet ſitiente rubetam.

Conf. *Carrichter. p. m. 475. ſeq.* Excell. *D. D. Frommann de faſcin. p. 686.* Aliquando à bob⁹ inter paſcendum *minuti bufones* unà cum herbis devorantur, à quibus ita intumeſcunt, ut crebriùs rumpantur.

hiſt. exe-cranda.

§. 46. Næ venefici ſagæque veneno *bufonio* creberrimè utuntur in perniciem mortalium. Presbyter, ex ſatanico in Nobilem quendam odio, variæ vindictæ genera meditans, tandem conſuluit veneficam, quæ illi obtulit in olla *vivum bufonem*, ex concubitu diabolico prognatum, jubens, ut, more ſveto, eundem baptizaret, & conſecratam hoſtiam devorandam porrigeret, ſicque ſibi remitteret. Quæ *bufonem* poſtea comburit, ejusque pulverem

verem cibis adſpergit. Sic uno die Nobilis cum conjuge liberisque ſuis miſere periit. Factum hoc narrat *Engverran. de Monſtrelet. in chron. Gallic. ad ann.* 1500. Conf. *Carrichter l. c. Bodin. dæmonom. L. II. c. 8. p. 394. ſeq Arnhorn, Magiol. P. II. c. 7. § 5. p. 733.* Saga ad rogum damnata, proreplit teterrimus *buſo*, qui crura carnificis adeò infecit liquore ſuo, ut nullam admiſerint curationem. *Anhorn. l. c. p. 722.* Alia ad idem ſupplicium educta in marſupio *duos* prægrandes habuit *bufones*. *Bodin loc. cit.* Ruſticus belga cum filio in publico quodam diverſorio largius biberat, tandem inter hoſpitam eumque exortis rixis jurgiisque frendens diſcedit. At illa: oho! clamitat, ſi tu hodie redieris ad tuos, ego diſpeream. Quid fit? ſolvit naviculam ſuam ruſticus, at nec movere nec propellere poteſt cum robuſto filio. Advocat duos fortè prætereuntes milites, promiſſo præmio, ſi auxiliatrices porrexerint manus. Sed omnis labor invitus, ſtante navi, qſ. clavis foret affixa, omninò immota. Evacuantur omnia, & ecce! in fundo naviculæ *terribilis bufo*, quem miles per collum transfoſſum in aquam projicit. Sic faciliimè navis propulſa. Ruſticus cum militibus ad idem rediens diverſorium, rogat fortè ubinam hoſpita ſit? ajunt, in le-

E 3 cto,

ſto, mortua, *collo & ventre tranſfoſſa.* Vide *Barthol. Anhorn. P. II. Magiol. c. 6. ſ. 4. p. m. 578. ſeq.*

antidotus ſ. 47. Sunt, qui *batrachiten* pro antidoto hujus veneni commendant. Sic enim *Joel noſter. l. c.*

℞. gemm. Smaragd. drach. ſem. (aut *lap. bufon.* dr. ſem.) vel unicorn. gr. quinque in vino. Falſum vero reperiri hanc gemmam in *capitibus bufonum.* vid. nos ſuprà ſ. 2. & experientia effectui contradicit, notante *Ranchino.*

caro vulpina, *tr. cit. p. m. 625. a.* An autem *caro vulpina,* eaque aſſata & comeſta, jure dici queat *bezoar bufonum,* ut idem vult *Joel,* mihi nondum experiri licuit. Verum hujus Veneni antitodum cenſura *Etzleri in*

tinctura Smaragdi *Iſag. dict. c. 7. p. m. 163.* eſt. *Tinctura Smaragdi,* ſeu pulvis Smaragdi. *Smaragdus* enim *Veneris* imperio ſubjacet, quare *Saturninis* venenis rectè adverſatur, quia *Saturnus & Venus* ſibi diametraliter contrariantur, uti *Sol* Saturno. Quare *Smaragdus* cum *ſolaribus* pro hujus veneni antidoto exhibendus, præmiſſo emetico. Sic ille. Alii laudant herbam

nhambi, *nhambi,* cujus ſuccus expreſſus & vel capiti, vel dorſo *bufonis,* in terram prius fricato, inſtillatus, ocyus eum interimere dicitur. Idem præſtare *ſuccum rutæ*

ſuccus rutæ, & alia. *recentem* alius aſſeveravit Amicus. Cancri triti & poti: lac muliebre, ſaliva hominis

minis jejuni & ſani, rad. arundin. terra melitenſ. theriac. ol. Scorpion. &c. ſunt celebria hujus veneni remedia. Si intra corpus ſumtum fuerit, poſt vomitum conducit meri potio multa, cyperi rad. ad drachm. duas cum vino, coagul. lepor. & cumin. c. vino. Exercitatio vehemens & curſus, ut ſudor provocetur. Cutis abluatur aqua ſalita, vel urina humana, & deſuper oleo roſac vel ſcorp. inungatur. Si mavis balneum, parabit *Ranbcin. Tract. cit. c. 22.* Plura vid apud *Geſner. l. a. p. 70. Joh. Agricol. Chirurg. parv. Tr. IV. p. 462. ſeq. Sachs. Gammarol. p. m. 728. & in Excell. D. D. Gokelii antidot venenor.* prodediem edend. *D. Helvic Diteric.* ſingulare alexiterium maximè contrà aranearum *bufonumque* venena *vid. in reſponſ. Med. de probatione, uſu &c. acidular. Swallbaccens. p. 67. ſeq.* Ab acidulis *Pyrmontanis* bufonesque ranasque ejectos notavimus, & idem habet *Bolmann.* in Beſchreibung des Pyrmontiſchen Brunnes *c. IX. p. m. 53.*

§. 48. cum igitur tantum inſit virus *bufonibus*, miror ſanè, Hiſpaniolæ incolas eos aſſatos edere, teſte *Petro de Oſma in epiſt. ad Monard.* apud *Cluſ. de ſimpl. ex India occid.* Et *Lerius Decad. III. L. X.* teſtatur: Braſilianos minimè exenteratis & toſtis veſci. Quòd verò *bufonivori.*

maniacus ille apud *Borell. C. II. hiſt. 37. & Reineſ. L. I. V. L. c. 10.* innoxiè eos vorarit, facilè credo. Et Hiſpanus quidam in Inſula *Peragua*, fame preſſus, coctos comedit. *P. Martyr. L. X. ocean. dec. 2.* Vix mihi autem *Borell. l. a.* ſeu *Oldenburger. in Act. Phil. anglic. p. 323.* e Redo perſvaſerit, omnes *bufones* innoxiè comedi poſſe, modò eorum *ſudor, urina*, vel *ſputum* non deglutiatur, & præſertim ſi *jejuni* aliquando permanſerint. Quæ autem de *ſerpentibus*, caudâ & capite rejectis, ſecure comeſtis attexit, non damno. *Vid. Cynograph. noſtr. Sect. I. c. 3. §. 67.*

obſerv. §. 49. Erat in Franconia fœmina gravida, quæ, dum marito in vinea laboranti jentaculum extuliſſet, domum reverſura, fortè reperit in bivio *ſerpentem*, rens, eſſe *angvillam*. Demtâ itaque pelle, & interioribus rejectis, aſſat, cupideque devorat, fruſtulô ſaltem cum capite, ex amore cõjugali, viro relicto. Quod circa meridiem inter alia fercula ei apponit, ſapidiſſimum carnem mirè deprædicans. Vir, catior conjuge, aſpectô capite *angvino*, horrore percullus, ſe ſaturum hac vice diſſimulat, rogans, ut in cœnam lautitias iſtas ſibi ſervaret. Interim rem exponit Medico. Qui eum bono animo eſſe juſſit, nil inde matri aut fœtui acceſſurum,

detri-

detrimenti modô non innoteſceret uxori. Quatuor abhinc menſibus peperit illa *gemellos*, qui adulti *calliditate & prudentiâ anguinâ* omnes coætaneos longiſſime ſuperarunt. Alia etiam gravida minutos iſtos *bufones*, cum pluvia, ut ajunt, delapſos non ita pridem ſine omni noxa comedit, ut Parochus loci mihi retulit.

§. 50. Heu mihi, quò non perduxit veſania homines, ut (non dicam de illa apud *Florentin. Serm.* 5. *tr.* 4. *c.* 36. quæ XX. fermè *libras piperis*, nec de alia, quæ 1400. haleces ſalitos ſine ventriculi offenſa, ſine omni ſanitatis diſpendio, comedit. *Tulp. L. II. obſ.* 24 cùm utraque gravida fuerit) *lapides & araneas*, *Barthol. C. I. h.* 44. *Borell. C. I. obſ.* 69. *D. D. Febr*, *Argonauta & Præſes Curioſorum. in Ephem Germ. T. I. obſ.* 83. *Tim. à Güldenklee L. VIII. caſ.*, 22 vitra, *Hildan. C. V. obſ.* 2. & *C. VI. obſ.* 35. *Reald Columb. L. XV. anat. p. m.* 486. *ſeqq. Borell. C. I. obſ.* 52. araneas, *Higmor. L. I. diſquiſit. Anat. P. II. c.* 3. *Rhodigin. L. XI. c.* 13. *de Laët. L. XV. c.* 4. in der neuen Welt-Beſchreibung/ *Kircher in China illuſtrata p.* 83. *Joh. Rhod. C. III. obſ.* 91. *Donat. L. VI. c.* 3. *Salmut. C. II. obſ.* 22. *Borell. C. III. obſ.* 19. *Ephem. noſtr. ann. I. obſ.* 10. *ann. III. obſ.* 146. *in ſchol. Vogler. diſp. de venen. §.* 7. 8. *Alb.*

lapidivori,

vitrivori,

aranivori,

Magnus L. I. de animal. c. 8. Scharf. de venen. c. 3. p. m. 37. ſcorpiones & ſalmandras, *Birling. in Eph. noſtr. Cur. T. II. obſ. 205. ſeqq.* viperas & ſerpentes *Borell. C. II. obſ. 37. & C. IV. obſ. 95.* lacertos *Donat. L. IV. hiſt. 1.* cupidè ſummoque cum appetitû voraverint.

ſerpentivori.

cultri vori. Næ ſtupenda ſunt, quæ de *cultrivoro* Baſilienſi narrant *Burckhard. in Ephem. noſtr. ann.* III. *obſ. 178. & Bonett. L.* III. *Med. Septentr. c. 16. ſeqq.* Non tantùm enim *cultros* dentibus confractos, ſed etiam *araneas, lacertos, bufones,* eadem temeritate, aliquot annorum ſeriè, frequenter & innoxiè ſaltem ſine evidenti damno, deglutiit. De alio *cul-*

pyrophagus, *trivoro pyrophagoque* Londinenſi *Act. Med. Hafnienſ. T. V. obſ. 107.* ſeu *Bonett. l. a p. m. 511.* De multis aliis παμφάγοις venenivorisque *Sebiz. L. V. de alim. fac. qu. 28. Bias noſter Curioſ. L. de Venen. c. 3. p. m. 63, ſeq. Schott. L. III. Phyſ. Curioſ. c. 26. Bonett. L.* III. *Med. ſeptentr. Sect.* II. *c. 8. & II & S. Paulli, Cl. I. Bot. quadrip. p. m. 7.* omninò tamen ἀδύνατον, *puris venenis* nutriri hominem, ut ſolidè probat *Grevin. L. de venen. c. 1. & Scharf. l. a. p. 38.*

bufonivori. §. 51. Tanta lucri fames, ut etiam pro viii pretio agyrtæ interdum integros devorent *bufones.* Vidit Excell. D. D. *Oliger. Jacobæus,* inclytæ Acad.

Acad. Hafniens. Prof. Reg. *T. V. Act. Med. Hafn. obſ. 107. An. 1678.* Menſ. Jul. quendam, qui integrum maculisque inſignitum *bufonem* promtè vorabat, poſtquam beſtiolam manû leniter pulſaſſet, lotium tunc illa emittens ad diſtantiam ulnar. IV. os viri apertum ſpontè ingreſſa eſt & deglutita. Per ſpatium inde horar. IV. donec hoſpes inſolitus exſpiraret, miſeros præ dolore ejulatus edidit, in partes omnes, trabes, ſcamna, & quicquid ſors obtulerat, prolapſus. O inſaniam hominis! Peritior tamen hic artis ſuæ, quàm Gallus iſte apud *Timæum. L. VII. caſ. 16.* qui, variis venenorum generibus, ſine noxæ alicujus nota, hauſtis, tandem, *bufonio* ſumto recenter expreſſo, ſcotomiam, vertiginem, aliaque terribilia ſyptomata paſſus eſt, *à Timæo* tamen fauſtè reſtitutus. Tunc, ſoſtrô oblatô, dolum aperuit, faſſus, ſe domi oleum olivarum affatim bibere, poſtmodum in ſcenam prodire, hinc ſine mora diverſorium petere, immiſſoque in fauces digitô, venenum, oleo ſupernatans, evomere, tandem pulv. ſuum bezoard. vel theriac. uſurpare, & ſic quidem vitæ periculum declinare, nihilominus magnam virium jacturam exinde præſentiſcere. Tandem verò Pragæ arte ſuâ miſerrimè periit. *Conf. Nicol.*

Nicol. de Belgny. Zodiac. Medico Gallic. Ann. I. p. 87.

impoſturæ circulatorum. §. 52. Dolo ſanè & fuco agent impoſtores illi, qui *pelles bufonum* ſiccas, vini plenas, aliquando voraſſe deprehenſi ſunt, ut vulgus putarit, *vivos* fuiſſe *bufones*. Vid. ſis icona hujus fictæ *rubetæ* apud *Jonſton. l. c. p. m. 187. Add. Borell. C. II. obſ. 74.* Hem! quanta lithotomi *Raouſi* impoſtura, qua de Magnus *Barthol. C. IV. epiſt. 88. & 90.* & quas non deprêndunt Practici? Vid. *Lagograph. meæ curioſ. Sect.* III. *c. 19. §. 5.* Qui verò doli iſti catè inveſtigari queant, haud ineptè revelat *Fort. Fidelis ab Ammanno* noſtro edit. *L.* II. *c. 3. de relat. Medicor.*

dubium. §. 53. Cùm verò *anates* vorent *bufones*, iſtique nobis in alimentum cedant, quæritur: *an citra noxam?* & quare? prius fortè affirmabunt ſinguli. Ego ἀπέχω. Vid. tamen ſis *Cl. Sebiz L. V. de alim. fac. probl. 56. & C. à Reyes in camp. elyſ. juc. qq. num. 63. §. 30. ſeq.* Ad poſterius ſic reſpondit *Kircher. T.* II. *Mund. ſubterr. L. IX. Sect.* II. *c. 5.* *ratio.* Quoniam ſtomachus horum animalium *ſulphureo ſale nitroſo* viget, miraque acrimonia pollet, fit, ut venenum *bufon.* ſerpent. &c. antequam vires ſuas exerat, jam conſumtum & tranſmutatum ſit. *Cl. Higmor.*

L. I.

L. I. anat. diſquiſ. P. II. c. 3. p. m. 24. potius *totius corporis*, maximè *ſpirituum vitalium proprietate* aliqua deducit, qui talem totius habent conſtitutionem, ut quòd huic ſpeciei totâ Naturâ adverſatur, & qualitate aliquâ notâ vel occultâ ſit inimicum, alteri pro alimento habeatur.

bufo ſacrificatus.

§. 54. Tanto in pretio apud Incolas Peruenſes *bufones*, ut etiam ſacrificiis ſuis immiſceant, de quibus *Autor memorab. hiſt. edit. Francf. §. 12 allegat. c. XIV p. m. 13.* Die in Peru opferten in dem Puna, das iſt an den wüſten Oertern wann ſie im Krieg ziehen wolten dadurch verhofften ſie Hülff von ihren Göttern gegen die Feinde zu erlangen. Solch Opfer nennten ſie Cuſcovicea, oder Contendicea, und ward alſo gehalten. Sie nahmen vielerley Vögel/ allerhand Arth/ aus den Wildnüſſen/ und ſammleten ſtachlecht Holtz / Ganll genandt; Wenn diß angezündet worden/ legten ſie die Finger drauf/ und hieſſen ſolches *Quico*. Nach dieſem nahmen ſie runde Stein/ darauf viel Schlangen/ Leuen/ Kröten/ und Tiegerthier gemahlt ſtunden/ und ſagten: Uſachun/ das iſt/ du wolleſt unſern Sieg gelingen laſſen. Damit ruften ſie die Götter an üm Hülfe gegen die Feinde/ u. ſ. m.

§. 55. Mi-

unde venenum cantharidum.

§. 55. Miramur aliquando *cantharidum* malitiam, ſummumque venenum; at ſi notaveris, venenoſiores potiſſimum, partim in excrementitiis ſordibus *bufonum*, partim in herbis venenoſis, è ſuo *ſeminio*, enaſci, facilè diſcuties nebulam. Ego plerumque plantas antris, nidisve *bufonum* proximiores *cantharidibus* refertiſſimas vidi, & quilibet videre poteſt. Ceterum

bufones nuncii peſtis.

multitudo & magnitudo *bufonum* certiſſimum futuræ peſtis ſignum. *Kirch. de peſte S. I. c. XI. §. 2. p. m. 141. & S. III. c. 6. p. m. 343.* Quod etiam in nupera Viennenſi notavit *D. D. Sorbait*, Med. Cæſ. Curioſ. *Machaon. Longævum eſſe bufonem, ex Helmont. tr. de arbor. vit.* patet.

an ex ovo galli, incubo bufone, baſiliſcus?

§. 56. An verò (ne quid intactum relinquamus,) ex *novennis galli* gallinacei ovo, incubo *bufone*, baſiliſcus naſcatur, credat Judæus Apella, non ego. Βασιλίσκος ἀπὸ τοῦ βασιλέως. Hic autem ita fortè dictus, quòd βάσις τοῦ λαοῦ ſit. Βασίλισκος ideò, ſeu *regulus*, nominatur, hic ſerpens, vel à *potentia* inter omnes minores ejus ſpecies, ſeu aliquali cum *diademate*, quod in vertice geſtare dicitur, convenientia, quo de *Joh. Euſeb. Nierenb. L. VI. H. N. c. 20.* Vere igitur

qui vere datur.

datur *baſiliſcus*: quod contra negantes, *Matthiol. in L. VI. Dioſcor. c. ult. Hermol.*

mol. Barbar. L. II. coroll. c. 29. in Dioſc. Cardan. L. I. de venen. c. 16. Vair. L. II. de faſcin. c. 9. p. 114. & *Nierenb. l. c.* bellè probavit *Cl. Kirbmayer*, Prof. olim in Elect. ad Albim Acad. Curioſ. *Phoſphorus II.* Amicus dum viveret, colendus, diſſert. *de baſiliſco c. 2.* & *3. Add. M. Frid. Madewiſii diſp. de ead. mat. habit. Jen. An. 1671.* & *Joh. Prætor. Alectryomant. p. 42. edit. Lipſ 1680.* Utrum verò *Baſilea*, ampliſſimas Rauracorum urbs, à *baſiliſco* (qui inſignibus ejus appingitur) nomen traxerit, dubito. Verius putat *Höping. de Jur. inſign. c. 6. P. VII. §. 4.* num. 1100. eam vel à *Romano* quodam *Principe*, conditore ejus, vel à *regia magnificentia*, quam præ ſe fert, deſcendere *Conf. G. Braun. L. I. de civit. orb. terrar. num. 32.* & *L. II. num. 40. Dreſſer. P. V. Iſag. hiſtor. de præcipuis Germ. urbib. voc. Baſilea p. 141. ſeq.* interim pura puta fabula eſt, quicquid de ortu *baſiliſci* è *galli ovo* ſomniant nugivenduli. Ita: credam *Lemnio L. IV. O. N. c. 12.* ſe tale vidiſſe *ovum*; nec *Fabro Lynceo* contradicam dicenti *in deſcript. animal. nov. Hiſp. p. 773.* Habeo ab amico, ſe à *gallo gallinaceo IV. ova* enata conſpexiſſe, inſtar *columbinorum*, & unum horum in acutiore ſui parte contortum. Et hic Romæ pergit, duo in diverſis ædibus ac tempori-

an Baſilea à baſiliſco?

ova galli verè dantur.

bus

bus cocta & aperta ſunt *ova*, alterum durum & alterum molle ac ſorbile, & in utroque *ſcorpio* repertus: in hoc quidem *vivus* in illo autem *mortuus*. *Bartholinus* noſter *C. III. epiſt. 52.* fidem nobis facit de *gallo oviparo*, unius tantum anni in *Fionia*, qui apertus oſtendit circa dorſum ligamento annexam membranam, in quo aliud latuit. Vidit ipſe tunicam exſiccatam *oviarii* vicariam, cui incluſum ovum, vitellô albumine conſtans. Suſpicatur tamen utriuſque ſexûs fuiſſe. De alio idem *C. I. hiſt. 99. D. Henric. Screta à Zavorziz*, Practicus *S*caphuſan. *gallum* intra XIII. dies *decem ova* excluſiſſe refert. Quod *tam verum eſſe* dicit, *quàm verum Solem in meridie lucere*. vid. *T. III. Ephem. noſtr. Cur. obſ. 177.* Et Anno 1571. d. 25. April. alius ætate provectior in area domus *Bechtoldi Weichmanni, Francofurti* ad Mœum, *ovum* poſt doliolum excluſit cujus teſta *ſangvine* plena locô *albuminis*, vitellus adinſtar *ſpermatis bufonum* adparebat, ut *Cl. D. D. Scheffer*. Phyſ. *Francfurt*. Curioſ. Acad. Adjunct. &c. *Perſeus*, Fautor pl. colendus, in lit. ad *Amphiona* noſtrum, Exc. D. *Reiſelium*, Conſil. & Archiat. *Studgard.* Amicum etiam ſummè venerandum, bonâ fide retulit. Vid *analect. ad T. IV. Ephem. noſtr.*

noſtr. p. 301. Add. Decur. II. Miſcell. Cur. rioſ. ann. I. obſ. 145.

§. 57. Subnecto, quæ *Pl. Reverend. & Ampliſſ. D. Andreas* Rudeloff/ *Eccleſiaſtes Aulicus Gvelferbytanus, Amicus ſincerus & honorandus*, pro ſingulari, quo in me fertur, affectu, nuper communicavit, Ao. 1665. d. 7. Jun. circiter hor. I. pomeridianam, (ſcribit,) me t. t. Paſt. *Papenburgenſ.* Præfecturæ Electorali Brandenb. *Wittſtok.* conveniebat Prætor pagi noſtri *Heinricus Schauerbaum*, Tunderenſis Holſatus, valdè coſternatus & conſilii inops, *gallum* gallinaceum, quem alebat, *ſeptennem ovum* peperiſſe, & in ſterquilinio ante fores ſtabuli equini ſolem verſus expoſuiſſe referens, quidque facto conſultum putarem, efflagitans. Ego errorem fortè ſubeſſe, *ovumque ſubventaneum* à gallina excluſum, credens, riſi hominis ſimplicitatem. At ille Jovem lapidem jurare auſus, ſeque certò *galli ovum* eſſe aſſeverans, me tandem commovit, ut *ovum* hoc contemplarer. Vidi illud planè rotundum, teſtis tenuiſſimis & pellucidis quantitatem ovi *columbini* exæquans, & fluido liquore repletum. Juſſi, ut frangeret. Sed iſte, neſcio quid metuens conſtanter renuit. Vix horâ elapsâ revertitur, ſe aliquid vivi in *ovo* animadvertiſſe nar-

obſerv.

tiei ex nigro ſubcineritii & variegati coloris, capite verò planè niger, in gyrum circumvolutus viſus fuerit. *Gallina* iſta fortè in pago victum aberrando quærens, incidit in *ſeminium angvinum*, idque deglutivit. Hoc in ingluvie reliquo cibo miſtum, inde delatum fuit in ventriculum, ubi tamen etiam non diſſolvebatur. Unde cum chylo in inteſtina delapſum, dum hîc partes chyli craſſiores atque inutiles â purioribus ſeparabantur, *ſeminium angvinum* iſtis adhærens maſſæ ſanguineæ admiſcebatur, & ſic quoque unà cum alimento abundanti locum conceptionis ovorum pertingens, in ova diſtribuebatur. Ortum itaque *ovum gallinaceum*, quod, præter propriam & ſpecificam formam, alias quoque continebat formas, *pulli* inprimis *gallinacei*, quæ ſubordinatæ, & *ſerpentis*, quæ accidentariæ nomine tunc veniebant. Quando quidem autem inſtante vere, (nam d. XXI. Mart. Ao. 1672. fractum *ovum* hunc pullum exhibuit,) muliérculæ paganæ ova collecta ſupponere ſolent gallinis, ut tempeſtivè pullos, majori, quàm poſtea, pretio à delicatioribus requiri ſolitos, excludant, idem quoque & hîc contigiſſe quis neget? unde quia hoc infectum *ovum* à ceteris figura non differebat, ſuppo-

quî generatum?

 ſuit,

ſui cum aliis villica; aſt ubi poſtea *pullum* non erumpere deprehendit, ne tamen damnum aliquod pateretur, benè rurſus deterſum, juxta cum aliis in civitate vendidit. Interim per præcedentem *gallinæ* incubationem excitatæ in ovo formæ latentes, cum *anguinea* teneriorem pulli turbaverit, atque ſic *ovum* ex parte pulli infœcundum reddiderit, ſibi tamen debitum exſtruxit domicilium *anguineum* nimirum corpus, cujus eſſet forma ſpecifica. *T. III. Eph. Cur. obſ. 190.*

quî ſcorpio generetur in ovo? §. 59. Eôdem planè modô *ſcorpiones* geniti erunt in ovo. Cibô enim potûque corpora formis ſuis ſpecificis inſtructa aſſumit gallus, quæ *ſeminia* aliàs dicimus. Hæc aſſumta, ſine omni Naturæ lege, ad tempus aliquod corporibus, quæ eâ aſſumſère, inſunt, idque illæſis ſuis formis. Quæ, *accidentariæ* quidem interdum quieſcunt, ſæpè tamen etiam præſente adhuc forma corporis illius, cui *accidentaliter* inſunt, actu operantur ſecundô, atque eam animali ſpeciem exhibent, cujus alias ſunt formæ *ſpecificæ*. *Gallus* itaque, animal πάμφαγον, non tantùm omnibus ferè granorum generibus, ſed ex ipſorum quoque *ſcorpionum*, ſerpentum &c. carnibus, ſemine, ſangvine menſtruô, arenâ ac lapillis veſcitur. Et quid *ovum*, niſi

niſi corpus heterogeneum? quodque etiam *gallinaceum*, & ex coitu conceptum, ſæpè eſt infœcundum. Noli itaque mirari, quî *ſcorpius* aut *ſerpens in ovo* naſci qveat? Frequentiſſimum ſanè, ex *ovis anatum* in fimo equino per certos dies ſepultis, *ſerpentes* fieri. Unde vermes in ovo, de quibus laudatus. *Schulz. Ann. III. Eph. noſtr. obſ. 109. p. 359. Ulyſſ. Aldrov. ornithol. L. XV. c. 8. de monſtr. Conr. Geſner. L. III. de avium Nat. ſub tit. ovor. monſtroſ. & Cl. Jonſton. L. II. H. N. de avibus tit. 1. c. 2. ad art. I. append. I. de gallin. ovis. Th. Barthol. C. VI. h. 87. Licet. L. II. de monſtris c. 87.* niſi è ſuo *ſeminio*, modò, quem dare diximus. *Vermes in ovo.*

§. 60. Quicquid tamen ſit, *baſiliſcum* (ſeu ſylveſtrem, ſeu domeſticum ut *Enzel. L. III, de re metall. c. 54.* diſtingvit, *ordinariè ex ovo galli naſci, aureum eſt mendacium.* Baricello *ridiculum*, Mizaldo *valdè dubium*, Matthiol. & Cardano *fabuloſum* Ideò *nec jurantibus* credit *Aldrov. L. IV ornithol. c. I. p. m. 104.* Verum & *fœcundum ovum* gallus nunquam excludet. ἀνάλογον tamen, ex corrupta quâdam & vitioſa humorum colluvie, cujus exterior ſuperficies, vi caloris, ita ſiccatur, ut teſtaceum ovi putamen referat. Catè *Nierenb. L. VI. H. N. f. 102. fieri*, ait *poteſt*, cùm *ſed non ordinarie.* *ovi galli ἀνάλογον.*

 galli

galli à concumbendi uſû desveſcunt, excrementum intus cohibitum coagulari in ovum, conglobata intus putri concretione; cum quo facit *Petr. Laurenb. in Acerr. philol. C.II.h.* 27. & tale *ovum* Norinbergæ vidit *Kirchmayerus loc. dictô.*

SECTIO SECUNDA,
eaque
PRACTICA,
Chymico - Medica,

Cujus Mebrum I. agit

De Uſu Bufonis interno.

CAPUT unicum.
De Uſu Bufonis in hydrope.

§. I.

NIhil ſuis beneficiis privatum eſt, quod *perfectiſſimæ bonitatis* ſpecimen & ea ratione *δημιουργήσαντος bonitatē* hymnis celebrandam cenſet *Galen. III. U. P. c.* 10. *Syr. XLII.* 26. Ita; eſt *bufoni* virus, eſt eidem virtus

tus ſua, quam ſincerè explanabimus. Mirabilis ſanè *aquæ* in & circa terram *circulatio*. Ex *Oceano*,ſeu matrice ſua, in frequentiſſimos terræ cuniculos, magno quandoque hiatû patentes,copioſè rapta, penetralia ejusdem ſubit, ubi per ſabulum cribrata, rurſus in terræ faciem erumpit, eamque in rivulos, fontes, & flumina ſecat, & tandem in priſtinum maris ſinum relabitur. Rivuli hi & flumina quamdiu decenti curſu manat, pratis campisque amœnitatem, & fertilitatem ſpondent. Cùm verò liqueſcentes dilabuntur nives, & imbres copioſi,aut alii aquarum affluxus accedunt p. n. tum flumina ſtagnant, inundationes & innumera mala producunt. Idem dixeris de *Microcoſmo*.Ex corde,tanquam *Oceano*, cum florida ſpumanteque ſanguinis purpura, ad univerſi corporis partes aqua ſeroſa, vitali tamen ſalſedine imbuta, amandatur,per glandulas in corpore paſſim diſperſas tranſcolatur, & à vaſis lympathicis, veluti cuniculis, excepta, juxta venas & arterias in chyli receptaculum fertur, ut per thoracicum ductum cordis mare denuò intret. Si verò continuâ iſtâ periodô à violenta irruentium humorum copia augeatur, vel obſtructionum injuriâ curſus ejus ſiſtatur, ſtagnat, vaſa-

circulatio aquæ,

& ſangvinis.

hydropis ortus.

 rum-

rumpit, & vicinas partes inundat. Hinc ventris, pedum, aliarumque partium intumeſcentia, quam lernam aptè dicimus *hydropem*. Ad quem exantlandum ſpecialiter commendant *bufonem*, variis tamen modis.

qui uſus bufonis in hydrope detectus? §. 2. Ne verò neſcias, quô fatô hæc inclaruerit experientia, agè, integram tibi dabimus hiſtoriam è *Solenand. Conſil. Med. S. V. num.* 15 Decubuerat Romæ *hydropicus* quidam, cujus uxor; ſumtuum tandē pertæſa, venenô illum tollere malitioſè ſtatuit, quare *bufonis* in olla uſti pulverem ægroto inſcio propinat, unde ille copioſum reddidit lotium, hinc denuò eundem pulverem exhibet, ut citius ærumnoſam ſumtuoſamq; vitam cum præcipite comutaret morte. Qui verò multò uberiore exoneratâ per veſicam ſaburrâ aqueâ, præter conjugis expectationem convaluit. *Conf. Wier. L. III. de præſt. dæmon. c.* 35. & *in obſ. de hydrope, Libav. L. II. de Batrach. c.* 20. *Mœb. fund. Med. phyſiol. c.* 1. *th.* 16. *Gregor. Horſt. S. II. epiſt. med. p. m.* 355. *Petræus diſſert. harmon. XXXV. p. m.* 236. pulv. *bufon.* in clibando ſiccat. in alio, aliove vehiculo convenienti, ad drachm. ſem. propinat: Salis autem è calcinat.

doſis. *bufon.* extract. à gr. IV. ad VI. Mallem cum *Schröder. L. V. Ph. Med. Chym. Cl. I. p. m.*

I. p. m. 272. b. minorem doſin. Excell. *D. D. Dolæus*, Conſil. & Archiat. Haſſo-Caſſellan. Curioſor. *Andromachus*, Fautor & Collega pl. æſtimandus, *L. III. Encyclop. Med. c. 9. p. 513.* pulv. hujus præparat ſcrupul. 1. cum ſacch. ſcrupul. ß. pro una vicet exhibet.

§. 3. Apud *Foreſt. L. XIX. obſ. 35.* in ſchol. vetula quædam hydropica, à Medicis derelicta, conſilio alterius anûs capiebat *rubetas*, easque in ollam novam injectas, ſuperfuſô oleô olivarum, coquebat. Decoctô calidè inungebat ventrem deducendo manus verſus inferiora à ſtomacho incipiens verſus ingvina, & ſecundo die tumor deſcendit ad inferiora, ita, ut mirum in modum intumuerint pedes. At cum pergeret inunctione, tertio die penitus delituit tumor cum nulla ſenſibili evacuatione. *uſus externus.*

§. 4. *Wier. & Guilielm. Varignana Tract. II. 24. bufon.* per ventrem ſectum lumbis impoſuere ſeu renibus, quod etiam tradit. *Cardan L. VII. de variet. rer. c. 28. p. 470. & Helmont. in hydrop. ignoto §. 36. Lazar. River. L. VI. Prax. c. 6. p. m. 207. ſeq. ceratum* utiliſſimum prædicat. *ceratum.*

Rc. *bufon.* ℔ij. olei ℔j. Ceræ ℥ß. bulliant in olla lutata ad med. part. conſumtion. Col. f. ceratum, ſuper

 alut.

alut. extendend. & regioni lienis applicandum. Evacuat omnes aquas.

obſervatio. §. 5. Erat *hydropica*, qui pertinaciſſimâ *urinæ ſuppreſſione* ſimul afflicta, intra XXIV. hor. vix *unici* cochlearis quantitatem excrevit, *D. D. Wurfbaini*, Phyſ. Norinb. Amici conjunctiſſimi, curæ & induſtriæ commiſſa. Omnibus aliis fruſtrà tentatis, *umbilico* tandem *lap. bufonios* alligari juſſit, at effectu plane nullo ſubſecuto. Exhibuit inſciæ *pulv. bufon.* cum ♁ nitri dulcificat. irroratum, ut gratiam conciliaret, votique citiùs compos fieret. Sed ecce! ſequebatur enormis *vomitus*. Repetiit pulverem, idem ægra malum perpeſſa. Satius ergo duxit manum de tabula, quàm hujusmodi remedia à multis licet maximopere commendata, temerè in uſum vocare.

uſus bufonis damnatur. §. 7. Conſiſtit equidem *venenum bufonium* in volatilibus maximè atomis, quæ per exſiccationem, uſtionem, & aſſationem, ſi non omnes, plurimæ tamen evaneſcunt, ut innoxiè quis eô uti queat. Sed dicant mihi, quicquid velint, ego certè non facilè ſvaſero *hydropicis* meis *uſum bufonis* internum. Si ex *lumbricorum* terreſtrium pulvere, verminantibus puerulis propinato, alii naſcuntur *lumbrici* ut catè ſuſpicatur. *Sennert. L. III. Prax. P. II. Sect. I. c. 5.*

c.5. p.m. 213. Henr. ab Heer/ in obſ. oppidò rar. num. IX. p.m. 137. Sperling. de O. F. p. m. 33. & Dryandr. noſter. D. D. Amman, Amicus honorandus, *in Manud. ad Mat. med. p. m. 155.* Si ex combuſtis, pulveriſat. & propinat. *ſalamandris* alii generantur, *Borell. c. III. obſ. 57. J. Bapt. Porta L. VI. Phyſ. c. 2.* utique ſuſpectiſſimus mihi *bufonis* uſus internus. Et añon tutiora & jucundiora ſuperſunt remedia? quid igitur dubiis ſuſpectisque inhærebimus?

Membrum II. agit

De uſu Bufonis interno & quidem.

CAPUT I.

In morbis ſupremi ventris.

§. I.

IN *calidis capitis morbis ex Phrenitide,* plantis pedum appoſitus ſubvenire dicitur. Vidit. *Cl. Helmont. in Tract. cui tit. Buttler. p.m. 473.a.* os brachii *bufonis* ſtatim primô contactû *odontalgiam* ſiſtere. *in phreneſi.* *odontalgia.*

℞ *bufon.* & adip. urſin. an. Unc. iij.
ol. veter. ſextar. iij.
coq. in olla ad. medias.
Col. ut f. unguent.

Nervos confortat *paralyſi* medetur. *Marcellus.* *paralyſi.*

§. 2. Pa-

[illegible] §. 2. Paſtor quidem paganus, ut ab amico habeo, in *phrenitide, deliriis, febribusque malignis*, ſeq. cataplaſma pro ar[illegible]no venditabat, quô, teſte famâ publicâ ſemper cum ſucceſſu uſus erat.

R. ferment. acerrimi, raſur. raphan. ruſtic. f. rut. recent. & perſic. minutiſſ. incis. tel. aranear. f. maſſa, cui immiſce pulv. *bufon.* M. Jun. ſerenô die capt. adſper. vin. acet. & ſal. q. ſ. applic. plant. pedum.

aliud. §. 3. *Henning.* Kleinſchmied/ Artis Chrirurgicæ haud ignarus, in *vigiliis, contumaciſſimisq; cephalalgiis* d[illegible]ſentericorum, cum *delirio* conjunctis, eôdem modô applicabat Theriac. diateſſer. cum *pulv bufon.* exſiccat. miſti, addit. f. recent. nob. ſalv. minut. incis. & acet. irrorat. quô multos ab interitu ſervabat, non neglectis tamen aliis.

aliud. §. 4. *Vitus Meyer*, Veteranus *Höxariæ* Chirurgus, *integros bufones* exſiccatos, & acetô conſperſos, ſacculoque incluſos, in *febre Hungarica* vertici plantisque pedum fauſtè adhibuit, ut ipſe olim mihi faſſus eſt.

in maculis faciei. § 5. *Oleum bufon.* maximè commendatur in *maculis*, ſeu *puſtulis, faciei morphæa*, aliisque *cutis affectibus*, ſeu *ulceribus inveteratis* abſtergendis, ſingulis diebus ſemel illitum. *Schröd. l. a.* qui

oleum bufon. ſimpl. tamen *ranas maculatas* præfert. *Simplex* [illegible] *v. ol.*

v. ol. bufon. paratur *ex bufon.* viv. num. iij. vel iiij. per hor. in oleo oliv. lbij. coct. & colat.

Compoſitum autem ſic:

Rec. olei ped. vervecin. q. v. bulliat. cum ſulph. pulveriſat. donec rubicundum ol. evadat. Tunc ſeparetur ſulphur ab oleo, in quod adhuc calens immergantur & ſuffocentur *bufon.* poſt expreſſion. deſtillent. Præſtantiſſimum dicit *Schröd.* in digerendis *tumoribus* & *hydrope*, ex communicatione *D. Kieferi*. Omnium *fortiſſimum* eſt hoc oleum ideoq; *ceteris nil proficientibus*, ad id accedendum, monente *Hartmanno prax. chym. p. m. 117.* *compoſit.*

CAPUT II.

In morbis medii ventris.

§. I.

B*Ufo* coctus & emplaſtri inſtar, *cynanchicis* impoſitus, certò liberare dicitur, idem facere filum, quô ſuſpenſus eſt, dicit *Mizald. C. VIII. Memor. §. 2.* *in angina.*

§. 2. Rec. *Bufon.* craſſ. occide, ut poteris, & ligno infixum domum porta, pondera in bilance, adde an. *cancr. viv.* & in olla rudi vitreata, lutoque bene munita, ita, ut in medio tantùm exiguum foramen relinqua- *in mammis cancroſis.*

ſuit cum aliis villica; aſt ubi poſtea *pullum* non erumpere deprehendit, ne tamen damnum aliquod pateretur, benè rurſus deterſum, juxta cum aliis in civitate vendidit. Interim per præcedentem *gallinæ* incubationem excitatæ in ovo formæ latentes, cum *anguina* teneriorem pulli turbaverit, atque ſic *ovum* ex parte pulli infœcundum reddiderit, ſibi tamen debitum exſtruxit domicilium *anguineum* nimirum corpus, cujus eſſet forma ſpecifica. *T. III. Eph. Cur. obſ. 190.*

qui ſcorpio generetur in ovo? §. 59. Eôdem planè modô *ſcorpiones* geniti erunt in ovo. Cibô enim potûque corpora formis ſuis ſpecificis inſtructa aſſumit gallus, quæ *ſeminia* aliàs dicimus. Hæc aſſumta, ſine omni Naturæ lege, ad tempus aliquod corporibus, quæ eâ aſſumſère, inſunt, idque illæſis ſuis formis. Quæ, *accidentariæ* quidem interdum quieſcunt, ſæpè tamen etiam præſente adhuc forma corporis illius, cui *accidentaliter* inſunt, actu operantur ſecundô, atque eam animali ſpeciem exhibent, cujus aliàs ſunt formæ *ſpecificæ*. *Gallus* itaque, animal πάμφαγον, non tantùm omnibus ferè granorum generibus, ſed ex ipſorum quoꝗ *ſcorpionum*, ſerpentum &c. carnibus, ſemine, ſangvine menſtruô, arenâ ac lapillis veſcitur. Et quid *ovum*, niſi

niſi corpus heterogeneum? quodque etiam *gallinaceum*, & ex coitu conceptum, ſæpè eſt infœcundum. Noli itaque mirari, quî *ſcorpius* aut *ſerpens in ovo* naſci qveat? Frequentiſſimum ſanè, ex *ovis anatum* in fimo equino per certos dies ſepultis, *ſerpentes* fieri. Unde vermes in ovo, de quibus laudatus. *Schulz. Ann. III. Eph. noſtr. obſ. 109. p. 359. Ulyſſ. Aldrov. ornithol. L. XV. c. 8. de monſtr. Conr. Geſner. L. III. de avium Nat. ſub tit. ovor. monſtroſ. & Cl. Jonſton. L. II. H. N. de avibus tit. 1. c. 2. ad art. I. append. I. de gallin. ovis. Th. Barthol. C. VI. h. 87. Licet. L. II. de monſtris c. 87.* niſi è ſuo *ſeminio*, modò, quem dare diximus. *Vermes in ovo.*

§. 60. Quicquid tamen ſit, *baſiliſcum* (ſeu ſylveſtrem, ſeu domeſticum ut *Enzel. L. III, de re metall. c. 54.* diſtingvit, *ordinarie ex ovo galli naſci, aureum eſt mendacium.* Baricello *ridiculum*, Mizaldo *valdè dubium*, Matthiol. & Cardano *fabuloſum* Ideò nec *jurantibus* credit *Aldrov. L. IV ornithol. c. I. p. m. 104.* Verum & *fœcundum ovum* gallus nunquam excludet. *ἀνάλογον* tamen, ex corrupta quâdam & vitioſa humorum colluvie, cujus exterior ſuperficies, vi caloris, ita ſiccatur, ut teſtaceum ovi putamen referat. Catè *Nierenb. L. VI. H. N. f. 102. fieri*, ait *poteſt*, cùm *ſed non ordinarie.* *ovi galli ἀνάλογον.*

galli *à concumbendi uſû deſveſcunt*, excrementum intus cohibitum coagulari in ovum, conglobata intus putri concretione; cum quo facit *Petr. Laurenb. in Acerr. philol. C.II.h.* 27. & tale *ovum* Norinbergæ vidit *Kirchmayerus loc. dictô*.

SECTIO SECUNDA,
eaque
PRACTICA,
Chymico - Medica,

Cujus Mebrum I. agit
De Uſu Bufonis interno.

CAPUT unicum.
De Uſu Bufonis in hydrope.

§. I.

NIhil ſuis beneficiis privatum eſt, quod *perfectiſſimæ bonitatis* ſpecimen & ea ratione τ̃ δημιȣργήσαντος *bonitatē* hymnis celebrandam cenſet *Galen. III. U. P. c.* 10. *Syr. XLII.* 26. Ita: eſt *bufoni* virus, eſt eidem virtus

tus ſua, quam ſincerè explanabimus. Mirabilis ſanè *aquæ* in & circa terram *circulatio*. Ex *Oceano*,ſeu matrice ſua, in frequentiſſimos terræ cuniculos, magnó quandoque hiatû patentes,copioſè rapta, penetralia ejuſdem ſubit, ubi per ſabulum cribrata, rurſus in terræ faciem erumpit, eamque in rivulos, fontes, & flumina ſecat, & tandem in priſtinum maris ſinum relabitur. Rivuli hi & flumina quamdiu decenti curſu manat, pratis campiſque amœnitatem, & fertilitatem ſpondent. Cùm verò liqueſcentes dilabuntur nives, & imbres copioſi,aut alii aquarum affluxus accedunt p. n. tum flumina ſtagnant, inundationes & innumera mala producunt. Idem dixeris de *Microcoſmo*.Ex corde,tanquam *Oceano*, cum florida ſpumanteque ſanguinis purpura, ad univerſi corporis partes aqua ſeroſa, vitali tamen ſalſedine imbuta, amandatur,per glandulas in corpore paſſim diſperſas tranſcolatur, & à vaſis lympathicis, veluti cuniculis, excepta, juxta venas & arterias in chyli receptaculum fertur, ut per thoracicum ductum cordis mare denuò intret. Si verò continuâ iſtâ periodô à violenta irruentium humorum copia augeatur, vel obſtructionum injuriâ curſus ejus ſiſtatur, ſtagnat, vaſa-

circulatio aquæ,

& ſangvinis.

hydropis ortus.

rumpit, & vicinas partes inundat. Hinc ventris, pedum, aliarumque partium intumeſcentia, quam lernam aptè dicimus *hydropem*. Ad quem exantlandum ſpecialiter commendant *bufonem*, variis tamen modis.

qui uſus bufonis in hydrope detectus? §. 2. Ne verò neſcias, quô fatô hæc inclaruerit experientia, agè, integram tibi dabimus hiſtoriam è *Solenand. Conſil. Med. S. V. num. 15* Decubuerat Romæ *hydropicus* quidam, cujus uxor; ſumtuum tandē pertæſa, venenô illum tollere malitioſè ſtatuit, quare *bufonis* in olla uſti pulverem ægroto inſcio propinat, unde ille copioſum reddidit lotium, hinc denuò eundem pulverem exhibet, ut citiùs ærumnoſam ſumtuoſamq; vitam cum præcipite cōmutaret morte. Qui verò multò uberiore exoneratâ per veſicam ſaburrâ aqueâ, præter conjugis expectationem convaluit. *Conf. Wier. L. III. de præſt. dæmon. c. 35. & in obſ. de hydrope, Libav. L. II. de Batrach. c. 20. Mœb. fund. Med. phyſiol. c. 1. th. 16. Gregor. Horſt. S. II. epiſt. med. p. m. 355. Petræus diſſert. harmon. XXXV. p. m. 236.* pulv. *bufon.* in clibando ſiccat. in alio, aliove vehiculo convenienti, ad drachm. ſem. propinat: Salis autem è calcinat.

doſis. *bufon.* extract. à gr. IV. ad VI. Mallem cum *Schröder. L. V. Ph. Med. Chym. Cl. I. p. m.*

I. p. m. 272. b. minorem doſin. Excell. *D. D. Dolæus*, Conſil. & Archiat. Haſſo-Caſſellan. Curioſor. *Andromachus*, Fautor & Collega pl. æſtimandus, *L. III. Encyclop. Med. c. 9. p. 513.* pulv. hujus præparat ſcrupul. 1. cum ſacch. ſcrupul. ʒ. pro una vicet exhibet.

§. 3. Apud *Foreſt. L. XIX. obſ. 35.* in ſchol. vetula quædam hydropica, à Medicis derelicta, conſilio alterius anûs capiebat *rubetas*, easque in ollam novam injectas, ſuperfuſô oleô olivarum, coquebat. Decoctô calidè inungebat ventrem deducendo manus verſus inferiora à ſtomacho incipiens verſus ingvina, & ſecundo die tumor deſcendit ad inferiora, ita, ut mirum in modum intumuerint pedes. At cum pergeret inunctione, tertio die penitus delituit tumor cum nulla ſenſibili evacuatione. *uſus externus.*

§. 4. *Wier. & Guilielm. Varignana Tract. II. 24. bufon.* per ventrem ſectum lumbis impoſuere ſeu renibus, quod etiam tradit. *Cardan L. VII. de variet. rer. c. 28. p. 470. & Helmont. in hydrop. ignoto §. 36. Lazar. River. L. VI. Prax. c. 6. p. m. 207. ſeq. ceratum* utiliſſimum prædicat. *ceratum.*

Rc. *bufon.* ℔ij. olei ℔j. Ceræ ℔ß. bulliant in olla lutata ad med. part. conſumtion. Col. f. ceratum, ſuper

 alut.

alut. extendend. & regioni lienis applicandum. Evacuat omnes aquas.

obſervatio. §. 5. Erat *hydropica*, qui pertinaciſſimâ *urinæ ſuppreſſione* ſimul afflicta, intra XXIV. hor. vix *unici* cochlearis quantitatem excrevit. *D.D. Wurfbaini*, Phyſ. Norinb. Amici conjunctiſſimi, curæ & induſtriæ commiſſa. Omnibus aliis fruſtrà tentatis, *umbilico* tandem *lap. bufonios* alligari juſſit, at effectû plane nullo ſubſecuto. Exhibuit inſciæ *pulv. bufon.* cum ♁ nitri dulcificat. irroratum, ut gratiam conciliaret, votique citiùs compos fieret. Sed ecce! ſequebatur enormis *vomitus*. Repetiit pulverem, idem ægra malum perpeſſa. Satius ergo duxit manum de tabula, quàm hujusmodi remedia à multis licet maximopere commendata, temerè in uſum vocare.

uſus bufonis damnatur. §. 7. Conſiſtit equidem *venenum bufonium* in volatilibus maximè atomis, quæ per exſiccationem, uſtionem, & aſſationem, ſi non omnes, plurimæ tamen evaneſcunt, ut innoxiè quis eô uti queat. Sed dicant mihi, quicquid velint, ego certè non facilè ſvaſero *hydropicis* meis *uſum bufonis* internum. Si ex *lumbricorum* terreſtrium pulvere, verminantibus puerulis propinato, alii naſcuntur *lumbrici* ut cautè ſuſpicatur. *Sennert. L. III. Prax. P. II. Sect. I. c. 5.*

c. 5. p. m. 213. Henr. ab Heer/ in obſ. oppidò rar. num. IX. p. m. 137. Sperling. de O. F. p. m. 33. & Dryandr. noſter. D. D. Amman, Amicus honorandus, *in Manud. ad Mat. med. p. m. 155.* Si ex combuſtis, pulveriſat. & propinat. *ſalamandris* alii generantur, *Borell. c. III. obſ. 57. J. Bapt. Porta L. VI. Phyſ. c. 2.* utique ſuſpectiſſimus mihi *bufonis* uſus internus. Et an non tutiora & jücundiora ſuperſunt remedia? quid igitur dubiis ſuſpectisque inhærebimus?

Membrum II. agit
De uſu Bufonis interno & quidem.
Caput I.
In morbis ſupremi ventris.

§. I.

IN *calidis capitis morbis ex Phrenitide*, plantis pedum appoſitus ſubvenire dicitur. Vidit. *Cl. Helmont. in Tract. cui tit. Buttler. p. m. 473. a.* os brachii *bufonis* ſtatim primô contactû *odontalgiam* ſiſtere. *in phreneſi.* *odontalgia.*

℞ *bufon.* & adip. urſin. an. Unc. iij.
ol. veter. ſextar. iij.
coq. in olla ad medias.
Col. ut f. unguent.

Nervos confortat *paralyſi* medetur. *Marcellus.* *paralyſi.*

§. 2. Pa-

ἐμπειρισον §. 2. Paſtor quidem paganus, ut ab amico habeo, in *phrenitide, deliriis, febribusque malignis*, ſeq. cataplaſma pro arcano venditabat, quô, teſte famâ publicâ ſemper cum ſucceſſu uſus erat.

R. ferment. acerrimi, raſur. raphan. ruſtic. ſ. rut. recent. & perſic. minutiſſ. incis. tel. aranear. ſ. maſſa, cui immiſce pulv. *bufon.* M. Jun. ſerenô die capt. adſper. vin. acet. & ſal. q. ſ. applic. plant. pedum.

aliud. §. 3. *Henning.* Kleinſchmied/ Artis Chrirurgicæ haud ignarus, in *vigiliis, contumaciſſimisq; cephalalgiis* & ſentericorum, cum *delirio* conjunctis, eôdem modô applicabat Theriac. diateſſer. cum *pulv bufon.* exſiccat. miſti, addit. ſ. recent. nob. ſalv. minut. incis. & acet. irrorat. quô multos ab interitu ſervabat, non neglectis tamen aliis.

aliud. §. 4. *Vitus Meyer*, Veteranus *Höxariæ* Chirurgus, *nigros bufones* exſiccatos, & acetô conſperſos, ſacculoque incluſos, in *febre Hungarica* vertici plantisque pedum fauſtè adhibuit, ut ipſe olim mihi faſſus eſt.

in maculis faciei. § 5. *Oleum bufon.* maximè commendatur in *maculis*, ſeu *puſtulis, faciei morphæa*, aliisque *cutis affectibus*, ſeu *ulceribus inveteratis* abſtergendis, ſingulis diebus ſemel illitum. *Schröd. l. a.* qui tamen *ranas maculatas* præfert. *Simplex*

oleum bufon. ſimpl. [illegible] *v. ol.*

v. ol. bufon. paratur ex *bufon.* viv. num. iij. vel iiij. per hor. in oleo oliv. lbij. coct. & colat.

Compoſitum autem ſic:

Rec. olei ped. vervecin. q. v. bulliat. cum ſulph. pulveriſat. donec rubicundum ol. evadat. Tunc ſeparetur ſulphur ab oleo, in quod adhuc calens immergantur & ſuffocentur *bufon.* poſt expreſſion. deſtillent. Præſtantiſſimum dicit *Schröd.* in digerendis *tumoribus* & *hydrope*, excommunicatione *D. Kieferi* Omnium *fortiſſimum* eſt hoc oleum ideoq; *ceteris nil proficientibus*, ad id accedendum, monente *Hartmanno prax. chym. p. m. 117.* *compoſit.*

CAPUT II.

In morbis medii ventris.

§. I.

Bufo coctus & emplaſtri inſtar, *cynanchicis* impoſitus, certò liberare dicitur, idem facere filum, quô ſuſpenſus eſt, dicit *Mizald. C. VIII. Memor. §. 2.* *in angina.*

§. 2. Rec. *Bufon.* craſſ. occide, ut poteris, & ligno infixum domum porta, pondera in bilance, adde an. *cancr. viv.* & in olla rudi vitreata, lutoque bene munita, ita, ut in medio tantùm exiguum foramen relin- *in mammis cancroſis.*

qua-

quatur comburito ſuper pruna mediocri, calore non intermiſſô. Hic cinis *mammas ſuppuratas, & cancroſas & perforatas* brevi curat. *Geſner. l. a. p. 64. Conf. Jonſton. L. IV. de quadrup. c. I. tit. 2. punct. 1. p. 188. b. c. ſ. D. Gokel. Conſ. med. XXII. p. 262.* addit *talpam*, & combuſtionem eò differt, donec Sol *cancrum* intret.

mos ſtrumas curandi Regis Gall. § 3. Solet Rex Galliar. IV. ſtatis ſolemnium feſtorum anniverſariis, *Paſchal. Pentecoſt. omnium* SS. *& natal. Domini, ſtrumoſos* tangere aliquando etiam extraordinariè aliô die feſtô. Ludovicus XI. ſingulis ſeptimanis tetigiſſe eos legitur apud *Cominæum L. VI.* rerum *Gallic. c. 7. p. 397.* Præmiſſis ſacris, ſubſequente humili confeſſione ſumtôque S. Synaxi, locum adit ampliſſimum ægris excipiendis, & ab Archiatris exacta prius probatis, opportunum. Tunc omnes flexis poplitibus, manibus ad cœlum appreſſis, votisque ſupplicibus ad genua Reg. Maj. provoluti auxilium præſtolantur. Rex, corde ad terram depreſſô, aſſiſtentibus Principibus & primariis Eccleſiæ Patribus, cum Magno Eleemoſynario, prævio Sacræ crucis ſignaculô, ſic apud infirmos ſe comparat, Medicus primarius ſtans retro, poſticam capitis ægri cujusque partem comprehenſam Regi profert, qui, manû explicans, pri-

mò

mo rectâ & in longum mox in latum cruciatim tangit, dicens: *Le Roy te touche, & Dieu te gvairit*: i. e. *Rex te tangit, & Deus te ſanat!* in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, appoſitô ſtatim crucis ſignaculô. vid. *Gramond. L. I. hiſt. Gallic. p. 19. Limn. not. Franc. L. II. c. 5. p. 376. Joh. Titius, Comment. rer. Gallic. de Regum ſacris L. II. Kranz. L. VI. Dan. c. 16. Gölniz. Ulyſ. Belgic. Gallic. p. 143. ſeq. P. de Andlo L. VII. de Rom. Imper. c. 2.*

§. 4. Mira hæc vis *divinitus* conceſſa, à *Clodovæo I.* Rege Chriſtiano, per traducem hæreditariam, ad omnes Succeſſores, quantumvis diverſæ familiæ, tranſiiſſe dicitur. Sanè modernus Ludov. XIV. narrante *Thuldenio L. III. hiſt. p. 172.* Rhemis unctus, tria ferè millia ſtrumoſorum tetigit. Accepit autem *Clodovæus* (poſtea *Ludovicus dictus*) hoc χάρισμα per unctionem ſacram. Nam cùm eſſet idolorum cultor, *Cotildis*, uxoris piæ monitu & precibus ſacrâ luſtratus aquâ, & cœleſtis muneris chriſmate delibutus, Chriſti nomen profeſſus eſt, fuitque à *Remigio*, Archi-Epiſcopo Rhemenſi, unctus, chriſmate, ut ajunt, per *columbam* cœlitus deportatô. Hiſtoriam *Laniceti* ſtrumôſi à *Clodovæo* primum ſanati, vid. ap. *Stephan. Forcatul. L. I. de* *unde hæc vis.*

Imper.

Imper. & *Philoſ. Gallor. p. m.* 128. Alii ex *privilegio à B. Marculpho* impetrato hoc beneficium, Regibus Franciæ datum, aſſerunt. At lubricum hoc. Vixit autem *Marculphus* non *Clodovæi*, ſed *Childeberti* & *Clotharii II.* temporibus, ut patet ex *Chron. Sigberti*, *S. Ludovicus* huic ritui de ſuo piè addidit ſignaculum crucis, teſte *Nangio* in vit. S. *Ludovici*, niſi potiùs de intermiſſa repetitione intelligas. Longè tamen aliter Vir Cl. *M. Joh. Joach.* Zentgraff/ *in diſp. prior habit. de tactu Reg. Franc. quô ſtrumis laborantes reſtituuntur*, *Wittenb.* 1670. *art. I.* §. 4. *ſeqq* dicens: *à Philippo I.* conſtanti ordinè ſucceſſionis, uſque ad hodiernum Regem, virtutem hanc cum regno deſcendiſſe. Fallit autem juxta *Laurent.* & *Forcatul. de Imp. Gallic. L. I. p.* 132. ac *Polyd. Vergil. L. VIII. Rer. Anglicar*, *qui ſtrumarum* curationem etiam Regibus *Angliæ* tribuit. Licèt enim *Eduardus* Normannus mulierem quandam *ſtrumoſam* ſanârit, vis tamen ea in ſucceſſores non manavit. Contrarium verò ſcribit *Foreſt. L. III. obſ. chir. p. m.* 295. Vidit *Mandelsloh. L. II. Itin. Ind. c.* 25. *Carol. I.* vidit *Borrichius* noſter Regem nuper defunctum *Carol II.* 230. hominum *ſtrumas* curantem, eventumqne Medicus adſtans ominabatur felicem, quòd rara Sereniſſi-

num etiam Reg. Angl.

niſſimo huic in curando malo iſto ſit dexteritas. *Vid. C. IV. epiſt. Barthol.* 92.*p. m.* 520. Imo de Comitibus *Habſpurgicis* teſtantur *Felix Faber. L. I. hiſt. Svev. c.* 15.*p.* 175. *Camerar. C. III. oper. ſubcis c.* 42. *p.* 145. *Limn. L. I. J. P. c.* 2. *num.* 8. quod ſi quis *ſtrumoſus* de manu alicujus ex iſta familia potum accepe- rit, mox ſanum, aptum & *gracile guttur* reportare. *Balbutientes*, ſolô accep tô oſculô, à Principe *Auſtriaco*, diſſertè & promtè loqui, teſtantur iidem Autores l. c.

& Com. Habſp.

Auſtriaci ſanant balbutientes.

§. 5. Quî autem curat Rex Galliæ *ſtrumas*? num ſolâ *prærogativâ* Regiâ? non: an *vi* quâdam familiæ Regiæ *gentilitiâ & connatâ*? nequaquam. Num *contactû*? ita, *vi* tamen *ſupernaturali*, & à gratia *gratis* data, quâ ſine nec tactus, aut verba quicquam valebunt, quod *Andr. Laurent. Ferronii Dominus, Gall. Reg. Henric. IV. Conſil. & Med. primar. ac Acad. Monſpelienſ. Cancellar. in ſuo libro de mirabili ſtrumas ſanandi vi cap. X. eleganter evicit. Add. Caſp. à Reyes camp. elyſ. juc. qq. num* 34.

quî curet Galliæ Rex ſtrumas?

§. 6. *Jul. Cæſ. Vannius L. IV. de admir, nat. arcan. Dial. V. p.* 433. *edit. Pariſ.* influentiis cœleſtibus hanc virtutem tribuit. *Cardan. L. de contrad. inſit*: Reges Galliæ è *longo aromatum eſû* hanc ſanandi facultatem accepiſſe. *Conf.*

opiniones variorum

G *Brod.*

quòd referat *Calcagnin. apud Piccart. Dec. I. obſ. hiſt. polit. c. 7. p. 49.* ſe vidiſſe Bononiæ *Franciſcum I. ſalivâ* tantùm pollice indecuſſem allitâ *ſtrumis* mederi, ideoque virtutem hanc *magneticam ſeu ſympatheticam*, vocat, & è *Kirch.* & aliis probat *§. 14. ſeqq.* Add. *Anhorn. Magiolog. P. II. 8. §. 5. p. m. 831. ſeq.*

§. Memorabilis *Helmont. hiſt. init. Phyſ. inaudit. p. m. 754. num. 33.* de matrona Nobili *podagra* ſubinde correpta, eo, quòd ſederet ſede, quâ frater ejus *podagricus* olim ſedere ſolitus fuerat. Dubio procul, addit, factum hoc fuit ab *effluviis*, è corpore fratris exhalantibus, illique loco adhærentibus, & per iſtum *contactum corporalem* poſtea excitatis in corpore, demum præſenti ſibique connaturali vires ſuas exerentibus. Pari ratione putet quis, virtutem iſtam, quæ *ſtrumas* ſanat, agere, ita, ut, factô à Rege *contactû*, influentia ſua centro *ſtrumæ* tactô convenienti Naturæ ſuæ modo agendi, h.e. *magneticô ſtrumam*, ceu materiam *inquam*, agat ſibi convenientem, & proportionatam, afficiens, laborantes à malo cum quo confligantur, liberet. Ita ſcribit Πολυμαθέστατος *Bartholin. C. III. obſ. 66. ſtrumas*, alioſque tumores aboleri, ſi pars affecta affricetur *ad manum cada-*

podagra magnetica.

veris humani. Sic enim ſenſim evaneſcere humores, prout ſenſim evaneſcit cadaver, quod hyeme tardius æſtate citius contingit.

ol. bufon. §. 8. Oleum *bufon.* ad *ſcrophulas* præſtantiſſimum. Hinc conjicit *Borell. C. IV. obſ. 38.* forſan orta eſſe antiqua *Galliæ* inſignia, cùm Reges hujus morbi curam ſuſcipiant. Quondam enim, gentiliſmo adhuc immerſos, *inſignia Gall.* *tres nigros bufones* in aureo campo pro inſigni habuiſſe, quos *Clodov. I.* poſtea ad fidem converſus, cum *tribus candidis,* nunc *aureis, liliis* in cæruleo campo, miro ſplendore micantibus, commutavit, ex *Aventin. L. I. c. 20. & 24. Paul. Æmyl in Clodov. I. Greg. Turonenſ. L. II. hiſt. Francic. c. 31. H. Stangefol. in annal. circul. Weſtphal. p. m. 404. ſeqq.* conſtat *Chriſtian. Wurſt.* Matth. P. P. in *error.* antiqua *Baſisleniſi in Æmylio ſuo ac Ferronio* vernaculo idiomate donat. *tres coronas aureas*, ſeu rubras, in albo campo ſubſtituit, quâ fide, ſeu autoritate, ego non video, niſi dixeris, ſphalma Typothetæ irrepſiſſe, qui pro drey Kröten poſuit drey Kronen. Verùm nec *lilia an olim in uſu.* *Merovæos* Reges, neque *Carolingos* lilia uſurpaſſe in inſignibus, probat *Johan. Chriſt. Beckmann, in notit. dignitat. diſſert. VI. c. 3. num. 5. p. 180 & Cl. Dn. M. Simon. Bornmeiſter, P. L. C. & Schol. primar.*

mar. ad D. Sebald. Norinb. Rect. Collega & Amicus honorandus, in *Pharo Gallica c. I. p. 200. ſeq.* Und wer weiß/ (ait *Joh. Fiſchart. J. U. D. in dæmonom. Bodinian.* translat. & *Argentorat. An. 1591.* in fol. typis *Bernh. Jobini* edit.) ob nicht vielleicht die alte heydniſche Fränckiſche Könige von wegen Zauberey/ die bey den Heyden ſtets geacht geweſen/darum drey Kröten in ihren Feldzeichen geführt haben. Sonderlich in Erwegung/ weil das Wapen von einem Weibesbilde her ſoll entſprungen ſeyn. Und der erſte König Pharamont im Traum eine Kröte über ein Schwerdt/ ſo über ein Bächlein gelegt geweſen/hin und her gekrochen/ geſehen.

§. 9. Ceterùm *Anglos* etiam *bufones* inſignibus ſuis addidiſſe, refert *Atlas major.* Et Nobiles Silesii', die Eßlinger / in aureo, ſeu luteo campo *nigrum bufonem* habent caudatum, & in galea alata eundem. *Joh. Siebmach.* Wapenbuch *P. I. p. m. 51. Mæcenas*, atavis editus Regibus, ſub *Octaviano* Imp. Supremâ penè auctoritate terram & mare ſuis imperiis coërcens, *Claudio teſte, ranæ* ſymbolô fuit honoratus, cum lemmate: *mihi terra lacusque.* Vid. *Limn. L. VI. J. P. c. 6. num. 52.* idipſum alius *Ludovic. XII.* (alii malunt VI.) Galliæ Regi, poſt recuperatam *Genuam*, attri-

bufo in inſignibus

rana in inſigni.

 buit

buit. *Typot. Hierogr. Reg. Gall. nro. V. p. 221.* i. e. in *læta* luxuriantis fortunæ *tellure* idem mihi animus, ac in *turbida* periculorum malorumque *unda.* Quô fortè etiam reſpexit ille. *Conf. Picinelli Mund ſymbol. L. VI. c. 39. p m. 462. b.* Aliàs nobiles Patritii *Francfurt.* ad Mœn. die Froſchen/ in ſcuto nigro *tres* virides *ranunculos* habent· *Sibmach. l. d. P. I. p. m. 210. Jonſton. l. c. p. 188.* ait: pedes *bufon.*) vacua & ad Synodum properante, abſciſſos, eosque collo circumdatos, *ſtrumas* curare.

dubium. §. 10. Dubium autem ſingulare myſterium *Petri Gregorii, in præſidiis optimi JCti L. I. C. XI.* exque eo *Prætorii*, in der neuen Weltbeſchreibung *P. II. p. 108.* ſcribentis: in *galli cocti* cerebro ſi integrum eximas, *bufonem & lilium* conſpici. Quô figmentô notare voluit, *ultimos Monarchiæ Dominos fore Gallos.* Edidit Anno 1663. Menſ. Jul.

Vinding. I. diſſert. *Eraſmus Paul. F. Vindingius.* Reg. Acad. Hafn. Prof. interpretationem imaginis *Nebucadneſaro* per quietem viſæ, in qua c. f. aperte negat: *Romanum Imperium hodieque durare, nec ante omnium rerum mundanarum finem deſiturum,* cum hiſtoria & præſens rerum ſtatus adeò manifeſtè reclamet & eventus planè alienus deprehendatur ab oraculo, ſi ex affirmantium opinione intelligatur.

Sed

Sed videat æquus lector, quid ponderis habeant ejus argumenta, communem ſententiam evertentia. Ego enim ἀπέχω.

Caput III.

In morbis infimi ventris.

§. I.

IN quacunque αἱμοῤῥαγία infallibile fere experimentum. In *narium hæmorrhagia* Frider. Dux Saxon. *bufonem* verû ligneô transfixum & in umbra ſiccatum, ac ſindone involutum, manûque tenendum dedit, donec incaleſceret. Horrori hoc tribuit *Geſner. l. c. p. 64.* Etiam particula (ſeu integer *bufo*) arefacta, & linteolo collo appenſa, ſeu ponè aures applicata, vel pugno incluſa, ſeu axillis ſubligata, ut incaleſcat, idem efficit. Poteſt etiam cinis naribus inſufflari. *Hartmann. prax. chym. p. m. 114. D. D. Berniz. T. II. Eph. German. Cur. obſ. 53. in Schol. ex Sennert.* ſeq. promit amuletum.

In αἱμοῤῥαγία qualibet.

Rc. Ciner. *bufon.* unius, lap. hæmat. drachm. ß. muſc. cran. human. pulv. umbilic. marin. corall. rub. præp an. ſcrupul. j. rad. tormentill. biſtort. an. drachm. ß burs. paſt. fl. bellid. min. anagall. rub. an. p. 1. f. pulv. qui ſerico rubro includatur, ut f. ſaccul. collo appendendus.

Ha-

armillæ contra hæmorrhagiam. Habet idem *armillas elegantiſſimas* & *corallia* circa manus & collum pro fœminis quæ ſic parantur.

Rc. Specier. præcedent. ex uſnea, *bufone* & pulv. ſperniol. præp. part. unam, vel q. v.
oſſium humanor. ex cæmiterio ad nigredin. calcinat. (melius uſtor.) & ſubtiliſſ. pulveriſat. tantundem ad pond. omniũ, &c. mucil. tragacant. per ▽ ſpermat. ranar. fact. q. ſ. F. maſſa, ex qua poſtea form. globuli, vel tabulæ ad placit. inter formandum vero inungantur digiti & maſſa ipſa cum ichthiocolla, prius in ▽ ſperm. ranar. ſuper △ diſſolut. qui tandem acicula craſſa, vel aliô ſtylô ferreô, perforari, inque loco umbroſo exſiccari & poſtea in ſcamno tornatorio ab aliquo tornario explanari & poliri debent.

Uti potes in quacunque αἱμοῤῥαγίᾳ tam narium, quàm *uteri hæmorrhoidum* & *vulnerum*. Sunt enim miræ Virtutis. Umbilico etiam alligatus *bufo* fluxus hyſtericos inhibet.

caſus ſingularis. §. 2. Singularem tamen caſum hiſce diebus communicavit Dn. D. Wurfbain/ *Phyſ. Norimb.* Ord. quem ipſius verbis innecto. Sonſt berichte/ daß ich/ nebſt Herrn D. Septimo Andreâ Fabritio, meinem ſonders Geehrten Hn.

Collega zugleich zu einer Manns-Perſon jüngſthin beruffen worden/ welche auf viermahl acht Pfund/ ein und zwantzig Loth/ zwey Quintl. ponderis civilis durch die Naſe gebluthet/ ohne daß ſie auch 48. Wiſch- oder Naſen-Tücher beſudelt/welches man nicht ſo genau ausrechnen können/ (wiewohl der Patient ohne allen Abgang voriger Kräfte annoch am Leben/ ſo hats die Noth erfodert bey ſo geſtalter Sache und denen dabey ſich eingefundenen lipothymiis, unzählbahre Hülf-Mittel zuverſuchen/ da wir dann auch die lebendige Fröſche auf die Fußſohlen gebunden und alſo ſterben laſſen/ auch die gedörrte Kröten unter die Achſeln gebunden/ aber alles vergebens.

§. 3. Ego tamen verè dicere poſſum, hoc amuletum, unà cum hauſtulo quodam adſtringente propinato aliis fruſtra tentatis, Dei gratiâ feliciter reſtituiſſe ante novennium *Wilhelmi Mallenkrotii*, Mercatoris *Holſchamindenſ.* conjugem, præ nimio *lochiorum* fluxû ferè agonizantem. Quod ipſa adhuc grata fatetur. *obſ. noſtra*

§. 4. Parochus paganus ſummo cum fructu & ſucceſſu *dyſentericis* dedit vinum, cui infuſ. erant baccæ *ſolani*, quô dolores ſopiit, fluxum inhibuit, & malignitatem in ſudorem reſolvit. Idem *bufonem* ſole exſiccat. & *alia.*

jam

jam combuſt. in eodem affectu cum vehiculo exhibuit, ſicque multos feliciſſimè curavit. *Dec. II. Eph. Cur. ann. III. obſ.* 64.

in fluxu hæmorrhoidum. §. 5. *Nicol. Florentin. L. de curand. morb. c. de hæmorrhoid.* contra *dolorificum* earum *fluxum* è ciner. *bufon.* format empl. Commendat eosdem *Ronſ. L. de venat Med. p. m.* 90.

Et ſuus eſt locus heîc bufonibus in Medicina,
in cineres *uſtis, quos inſperſiſſe juvabit*
venenoſo generi, nimiùm manante cruore.

& menſtruis. §. 6. Ad ſiſtenda *menſtrua* cape *Cl. Birling.* ἀνέκδοτον in *append. ad C. I. Adverſ. cur. p. m.* 152. *b*

Nimm zwey oder drey Kröten/ und mache ſie in einen Hafen / deck ihn zu mit einer Stürtze daß keine Lufft dazu kommen kan / ſetze ihn in ein brennend Feuer/ daß ſie zu Pulver brennen/ ſtoß ſie klein/und ſiebe es durch ein grün-Seiden-Säcklein/ hänge es an den Halß/ daß es die bloſſe Bruſt anrühren kan/und wenns erwarmt/ſteht das Blut alsbald. Novi honeſtam fœminam in Ducatu Guelfyco, moleſtiſſimo *fluxu hyſterico* à multis annis miſerè laborantem, quæ tandem *fumo à bufon.* incinerat. eum feliciter ſtitit. *Rolfinc. L. I X. ord. & Meth.*

Meth. Med. ſpec. *comment. Sect.* vj. c. 9. oſſa *bufonis* in fluxu nimio menſium uſurpat.

§. 7. *Bufo* diſſectus, renumque regioni adhibitus, *lotium* provocat. Experimentum *D. Clodii, ad veſicam* in puerperio *læſam,* aut *ruptam* conſignavit *Digbii,* & eſt hæc *P. I. Med. experim. p. m.* 58. *in veſicæ morbis.*

Nimm gebrandte Kröten / thue ſie in ein Säcklein / welches du der Frauen an den Halß binden ſolſt / daß es ihr biß auf das Grüblein gehe und die Haut berühre / ſo lang als ſie ſolches wird tragen / wird ſie keinen Schmertzen / noch Ungelegenheiten / welche von dergleichen Fällen entſtehen / empfinden. Mann muß aber alle Monat friſch Pulver in einem neuen Säcklein anhencken / dieweil ſeine Tugend in ſolcher Zeit vergeht / und ſeine Stärcke verlohren ſeyn wird.

Incontinentiam urinæ, ex lacerato veſicæ collo ortam, ſanat *cinis bufon.* de collo ſuſpenſus. *Henr. ab Heer obſ.* 18. Eundem *Rommelius noſter Phyſ. Ulmenſ. ord. Amicus colendus,* in binis mulieribus à *partu læſis* bis proficuum expertus eſt, ut nuper mihi ſcripſit. De baculo, quô angvi excuſſa *rubeta.* refert *Plin. L. XXXVI. c.* 4. quod eò eliciantur *partus difficiles.* *in urinæ incontinentia.* *in δυσυρία.*

§. 8. *Podagricis, iſchiaticis & arthri-*

in podagra. *thriticis* cum ſucceſſu commendat *Aët. L. XII. c. 44. ſeq.*

Rec. Rad. cucumer. agreſt. virid. ℔. vj.
olei dulc. ℔. vj.
medull. cervin.
terebinth.
cer. an. ſes uncem
Bufon. viv. num. vj.

Rubet. traject. per plant. pedis filo in ol. demiſſ. donec flaccescant, coq. deinde, extract. ranis, injice ſylv. cucum. rad. virid. conciſ. donec vires ſuas in ol. tranſmittant. Coq. & cola. Tandem liquefact. & colat. ol. add. & S. ad uſum. Utere manè & veſperi. (*hoc*

aliud. *Galen. L. VII. de comp. med. ſec. loc. habet*

Rc. olei veter. cer. apochymat. medull. cervin. olei laurin. & irin. an. Uncias iij.
ſabin. adip. ſuill. vet an. lb. iij.
aphronitr. rad. cucum. agreſt. *bufon. magn. num. iij.*
ſulph. viv. ungvent. malabathrin. ſampſuch. an. lbj.

Radices in craſſiora fruſta ſect. & in oleum ſimul c. c. ſampſuch. conject. ſuprà prunas coq. ubi rad. inaruerint, expr. humor. rad. & ſampſuch. abject. *Bufon.* in ſportul. text. impon. hujusque oras conſue, & oleo expreſſo committe, rurſus vas coopertum ſuperrimpone igni, ut bufones col-

liqueſcant, tunc ſportula depoſita, humore expreſſo, abjiciatur. Reliqua oleo liquabilia inde ſemper movendo. Tandem medull. & galban. add. ſolut. & modice refrigerat. Arida contus. & benè cribrat. inſperge ſemper agitando. Tum in mortarium effuſis iterumque tuſ. malabathrini unguent. lb.iß. add. & rurſus tunde, excepta vaſe plumbeô undique obtura, ut nihil perſpirarequeat, S. ad uſum. Eandem deſcript. habet *Actuar. L. de medicam. compoſit.* Et aliud ἄκοπον i. e. *dolorem leniens l. c. Galen.* exrubetis *Flavii Clementis* Aëtiano ſimile. Plura vid. *ap. Geſn. l. d. p. m. 64.* Etiam *cinis bufon. c. adip. vet.* miſt. podagricis utilis: aut cum *ſambuci* colliculis tritis & ſevo hircin. vet. miſt. ac decoct. impoſitusque articulis & pedibus. *Marcellus* coquit in rudi olla cum adip. urſin. pro *arthriticis*: etiam cum ſummitat. thymi coct. expr. & illit. dolores *podagricos* ſopit. **aliud.**

§. 9. *Corium,* ſeu *pellis* uſt. *fiſtulas* ſanat. Vel. ***in fiſtulis.***

Rc. *Bufon. magn.* exenterat. imple rad. laureol. trit. & ſtercor. gallin. admiſc. ſal. & unguent. de alth. Ita aſſa in veru, donec combuſtus eſt, ut cum omnibus, queîs farctus erat in pulv. redigatur.

Hôc ruſticus quidam omnes *fiſtulas*

in

in quavis parte corporis curabat, teſte *Geſnero L. II. de quadrup. ovip. p. 64.* Collige etiam emanantem pingved. & paululum de ea quandoq; *fiſtulis* inſtilla. *Conf. Arnold. L. III. Breviar.*

Caput IV.

De Uſu Bufonis in Peſte.

§. I.

in peſte. B*Ufo* exſiccatus & de collo ſuſpenſus, ob partium poſituram, & pororum diſpoſitionem, velut *uter*, omne virus vicinum tam feliciter excipit, ut tumefactus revixiſſe videatur. Hinc celebre eſt *Xenexton. Helmont.* **Xenext. Helm.** *in* cordis ſcrobiculo geſtatum: ſuntq; trochiſci, ex pulv. *bufon. & vermiculor.* in oculis ejus contentorum, formati, de quorum virtutibus & operandi modo vid. prolixiùs agentem Autor. *in Tumul. peſt. p. m. 884.* & poſt eum *Gremſ. in tr. arb. integr. & ruinos. L. II. c. 4. & Zwölf. in pharmacop. Reg. p. 140.* Fallit *Paracelſus* aſſerens: *bufonem* valere ſolùm in peſte *inguinum & mulierum.* Admovit eos *Helmont.* bubonibus & eſcharis tam in pectore, capite, mammillis, quàm alibi, tam in viris, quàm *mulieribus*, ac ubique non ſine promto juvamine & doloris mitigatione. At nunquam vidit applicatum *bufonem* intumuiſſe tantillum, ideò ridiculum dein-

deinceps duxit fuſius ibidem contrà *Paracelſ.* diſputare, publicè pronuncians: *Paracelſum* nullam habuiſſe *actualem* praxin peſtis. Hybernus *Buttlerus* verò *Londini* aliquot millia peſte curavit. ***Buttleri arcanum.*** Jùſſerat ſc. *bufonem* magnum, Menſe Junio poſt meridiem captum, tibiis ſuſpenderet *Helmont.* propè focum, illique ſubtenderet patinam è cera flava. Tandem à triduo ſuſpenſionis *bufo* evomuit terram, & aliquot inſecta, ambulantes nimirum muſcas, nitentibus alis, ſubviridi colore qſ. deauratis. Mox autem à vomitu *bufo* obiit, nec ante triduum evomit, licèt pronus penderet. Dixit autem *Helmontio*, quòd ſat remedii haberet curandis 40000. peſte correptis, ſaltem ipſe has ſordes, vomitû rejectas, itemque exſiccatum *bufonis* cadaver, ſeparatim in pulverem tundi juſſit, & cum tragacanth. trochiſcos formavit; queîs feliciter uſus eſt tàm ad præcautionem peſtis, quàm ejusdam ſanationem. Hos autem *bufones*, ad vomendum coactos, (ut dixit) per ſuſpenſionem reperit dare excellentiſſimum *Xenexton*. *Vermes* autem in patinam ceream deciduos, ſimulque cum eo, quod per vomitum rejicit, in trochiſcos parvulos redegit, additô cadavere *bufonis* & cereâ patinâ. Geſtati autem trochiſci ad mammam ſiniſtram,

ſtram,

ſtram arcebant contagium, & loco infecto alligati, ſtatim virus extrahebant. Erantq;, trochiſci promtiores ac validiores, ſi in uſu aliquoties recidiſſent, quàm recentiores. Reperi autem (pergit *Helmont.*) amuletum pro peſte longè validiſſimum. Nam ſi ſerpens comedat terram omnibus diebus vitæ ſuæ, quia fuerat peccandi organum, *Bufo* comedit terram, quam evomit, omnibus diebus vitæ ſuæ. Teſtimonia autem *adeptæ Philoſophiæ* gerit *bufo* odium in hominem, adeò ut aliquot herbas ſuô tabô inficiat, homini uſuales, idque in ſpem necis. In eo autem differt à ſerpente quòd, viſô homine, terrorem immenſum concipiat naturali donô. Qui terror ab homine naturalem energiam ſibi acquirit & imprimit, contra imagines territi Archei humani in homine. Siquidem terror *bufonis* interimit, & annihilat ideas territi archei humani, eô, quòd terror in *bufone* eſt naturalis, & ideô radicaliter ac per totum illi, etiam mortuo, incorporatus. Idea autem terroris in peſte non tantùm accidentalis & fluxa. Ergò *bufo* naturâ ſuâ timidus ab homine odii ſui imagines auget viresq; intendit, ut ſaltem clanculum ac peſtis inſtar, noceat. Hanc autem proprietatem ſigillarem, *odii* ſimul & *terroris*, geſtat

illuſtratur

in

in capite oculis & loco concupiſcibilis poteſtatis. Caput itaque & oculi, adhuc vivo animali invivos ac veros *vermes* (quales *caſeo* innaſcuntur, niſi quod extremum capitis nigricet nonnihil,) tranſmutantur. Tandem namque cum vita *vermium* tanta multitudo excidit, quòd vivo adhuc animali tota *cerebritheca verminoſa* fuiſſe videatur. Conjecit idem *Helmont. bufonem* in lacunam murô cinctam, qui ſequente mane periit, aquæ turgidus innatans: habebat autem dorſum frequenti nigro ſtigmate conſperſum. Quibus ſignaculis conjecit, quòd remedium gerat adverſus *peſtem* etiam ferociſſimam. Conflatiùs ipſum *Helmont.* cum quo tamen (quoad *cauſam* peſtis) minimè facimus. At in nupera peſte *Viennenſi* ac *Dreſdenſi* duo vel tres pharmacopæi *Norinbergenſes* (referente HERMETE noſtro Norico) hoc *Xenexton Helmont.* præparaturi inter 50. vel 70. *bufones* vix duos invenerunt, qui *vermiculos* evomuiſſent, quod & noſtris experimentis ſeriò comprobamus. Pauci igitur ad hoc ſecretum apti. *Helmont.* χρησοφύγελον excogitaturus inſit: *bufonem* niſi probè animadvertatur, quæ rejecit, ſtatim denuô *tranſvorare*, niſi prohibeatur, ſc. appoſitô aliquô cuſtode, qui *Argô ſit oculatior*, dicente *Velſchio noſtro Miſcomim.C.I.obſ.86.p.m.23.*

bufo verminoſus,

obſ. rarior,

Analogia bufonis cum peſte. §. 2. Et M. *Kirchero* noſtro antidotum ſpecificum contra peſtem *bufo* eſt. Ex eorum ſcilicet genere, qui è(IN) putrido terræ mucore generantur, animal eſt plenum venenorum, ut non immeritò *terreſtris toxici & contagioſæ virulentiæ burſa magnetica dici* poſſit. Unde vel ipſo horridô ſuô aſpectù, tumidô membrorum ductû, oculorum truculentiâ & funeſtô faucium hiatû, nulli non formidinem vel ad primum aſpectum incutiat. Tardiſſimum eſt ad ambulandum, unde ſe *Saturni* ſobolem eſſe demonſtrat, tumida & tuberoſa pelle veneni, quod continet, ſignat virulentiam; fœtor lethifero halituque ſuô abominabili, dum & plantas & animalia conficit, neſcio quid cum *peſte* commune habet: tanto in hominem odio eſt, ut ſuſpenſus & verberatus ab eo præ nimia in illum rabie moriatur. Unde homini maximè inſidiatur, dum eum oculorum halituoſa virulentiâ afflatuque exitiali omnibus modis ſiderare nititur. Et quoniam diſſitum non ſemper opportunô aſpectû adoriri poteſt, hinc naturali ſibi inſitô liquore lotioque virulentiſſimo, quod in disſitos vibrat, hominem aggreditur, ut vel hoc pactô rabiem ſuam ſatiet. Proindeque maximè admirari liceat abditum Naturæ conſilium, dum vel maximè

ximè *peſtiferum* animal, *peſtis* tamen antidotum ritè præparatum hominum neceſſitati conſtituerit, atque adeò occultis Naturæ characteriſmis ſignaturisque in eo *peſtis* naturam & proprietates expreſſerit. Hinc ſeqq. formamus conſectaria,

§. 3. Eſt *peſtis* morbus *epidemius*, quem ranarum *bufonumque* pullulantium multitudo ut plurimum prænunciat. Luculentum ſanè indicium, *bufones* ex peſtifera materia mucoſaque, ſeu influxu cœleſti, ſeu aliis de cauſis terræ inſitis, naſci & veluti in *quandam veneni burſam* animari ejusdem, attractû continuô nutriri & vivere. Efficit *peſtis* neſcio quæ exanthemata, tubera, bubones, vibices, maculas, quæ omnia in *tuberoſa bufonis pelle*, vibicibus & maculis variè diſtincta, expreſsè ſignantur, *Peſtis* generat vermes, omnium Medicorum teſtimoniô, propter excellentem putredinem: generat & eos *bufo* in proprio ſuo corpore, potiſſimum capite. Porrò ſicuti *peſtiferâ* lue infecti ingentem terrorem obviantibus incutiunt: ita *bufo* homini obvius. Eſt enim naturale quoddam *bufonis* in hominem odium, quo eum omnibus modis perditum vult, tantò quidem vehementiùs, quanto is ab homine aſperius fuerit tractatus, ac verbera-

Conſectaria.

1.

2.

3.

4.

tione ſæpius exagitatus. Atque hoc eſt ſympathicæ actionis fundamentum, quò ex appetitô naturali, *bufo* homini, per veneni ſui diffuſionem, nocere deſiderat, & dum ſibi prorſus ſimile jam in homine per *peſtem* infecto, in mumiali fermento hoſpitans reperit, illud is humano corpore applicatus, tanquam ſibi συγγένιον, & appropriatum, mox iterum in ſe per attractum derivat terrorem ex *peſte* conceptum, & in Archéi ideà latentem deſtruit, terrore hominis ſibi propriô; Atque hinc appetitus inſitus non in vivo tantùm animali, ſed & eandem hanc ſibi inſitam vim in mortuo, & variè præparato, conſervat. Hinc admirandam ſanè arcanum & paucis notum illud putant, quòd ſympathica quadam vi, haud ſecus ac magnes ferrum ſub debita diſtantia poſitum, mox commovet, & commodum ad ſe trahit; ita *bufonis* amuletum homini quidem inimicum, amicum verò ſibi, mox ac vim *peſtis* in corpore ſtabulantem ſentit, illam ſubitaneâ actione ad ſe trahit, atque adeò hominem â moleſto & lethifero hoſpite terrificâ Archei idea deſtructâ, liberat ſervatque. *L. de peſte Sect. III. p. m. 343. ſeqq. Conf. D Chriſt. Lang. Pathol. anim. ſeu animadverſ. MSS. ad P J. Fabr. Pathol. ſpagyr. c. de peſte ſ. 24. & 27. ac Sitonii Iatroſoph. Miſcell. ex Croll. p. 142.*

Naturæ arcanum.

ſ. 4. Va-

§. 4. Varia *amuleta* ex arſenico, pulv. *bufon.* &c. contra peſtem collegit *Honorius* Hering/ Med. Oldenburg, in ſuo *de peſte tractatû p. m. 636. ſeqq. & p. 752. & Minderer. in Medicin. m. lit p. m. 122. & 124. Willis de febr. c. 13. p m. 234.* Singulare hoc à *Grülingio L. V. prax. P. II. c. 7. p. m. 521.* annotatum, (quod etiam *Mynſicht.* in magno pretio habuit.) *amuleta.* *Grülingii.*

Scilicet:

Rec. *Bufon.* bene exſiccat & pulveriſat Unc. ij.
arſenic. cryſt. alb. & rubr. an. Unc. ß.
Rad dictamn. tormentill. Zedoar. myrrh. an. drachm. iij.
margarit. præp. corall. rubr. præp. fragment hiacynth. & ſmaragd. an. drachm. ß.
croc. orient. ſcrup. ij. camph. ſcrup j.

Singul. ſubtiliſſ. pulveriſat. & miſt. cum gummi tragacant. redig. in maſſ. ex qua f. placent. ad cordis idéam piſtillis duob. ☉e & ☽â exiſtentibus in ſcorpione, hora ♂tis, unô latere ſcorpii figurâ, alterô ſerpentis cœlatis debitè & ſub iisdem influentiis ſignandæ, quæ involutæ bomb. vel ſind. rubr. de collô ſuſpendendæ. Aliud idem habet *l. c. p. 522. a.* Quæ tamen omnia *Cl. Giſler.* Phyſ. Brunſv. ord. Curioſ. *Hippocrates I.* Amicus dum viveret, honoratiſſimus, temnit, & pro mera ſupeſtitione *temnuntur.*

tione habet, *in præf. ad Lect. obſerv. ſuar. de Peſte Brunſvicenſ. cum Horat. Augen. Prof. Patavino, T. I. epiſt. L. IX. ep. I. & L. III. de peſt c. 27. Hercul. Sax. L. de plic. c. 52. & in epiſt. 168. & Frid.* Hammerich/ Reg. Claſsis Danicæ Med. Ord. Amico noſtro in *diſp. in augural. habit. Lugdun. Ao. 1666. de Carbunculo peſtilent.* §. 74. nos tamen non dimovemur, à

Heurnii ſententia noſtra. *Joh. Heurn.* Prof. Leydenſ. *L. de febr. peſtilent.* hoc habet:

Rec. *Bufon.* magn. & venenô turgidos num. ij. Hos M. Mart. per os transfixos baculo ſuſpende, ſicca in furno, cavendo, ne exurantur, pulveriſentur. Tunc accip. hujus pulv. Unc. ij. arſenici Unc. ß. tormentill. dictamn. an. drachm. ij. Siccentur igne, add. magarit. Unc. j. corall. hiacynth. ſmaragd. an. dr. ß. croc. ſcrupul. ij. f. pulv. & ex ſind. carmeſin. ſaccul. ad cordis idéam, cùm ægrum accedis, hunc cordi admovebis.

Empl. §. 5. Empl. ad *bubones Tubingenſ.* ſeu potius Ferronii notante eôdem *Heringiô l. a. p. 710. ſeq.* hoc eſt:

Rec. Cepar. (inditô prius crocô) toſtar. allior. aſſat. an. Unc. iij. caric. pingv. num XX. ferment. ſem. ſinapi an. Unc. ß. malv. rad. alth. an. Unc. j. ſal. nitri drachm. ij. galban ammon. an. drachmas iiiß. cer. Unc. j. theriac opt. q. ſ. *pulv. bufon* dr. iß. M. f. empl. Conf. Purmanns Feldſcherer/ *Sect. IV, c. 13. p. 287.*

Bero-

Berolinenſium & Colononſium hoc, *aliud.*

Rec. *Pulv. buſon.* exſicc. Unc. j. ferment. acris Unc. iij. ther. Unc. j. f. rut. virid. Unc. j. M. omnia in mort. calid. c. ſ. q. mellis.

Sennerti tale:

Rec. Empl. diachyl. ſ. Unc. iv. ammoniac. galban. in vin. ſolut. an. Unc. j. M in mortario piſtillô calid. add rad. cynogloſſ. Unc. ß. *pulv buſon.* exſicc. rad. valerian. ſcabioſ. an. drachm. j. ebul. drachm. iß. leviſtic. dr. j. ol. ſcorp. lilior. an. q. ſ. f. emplaſtr. Aliud ſubnectet l. c. p. 795. *Vel:* *aliud.*

Rec. ferment. acerrimi Unc. iij. bacc. herb. parid. ſcrupul. ij. farin. ſinap. *pulv. buſon.* an. drachm. j. ther. drachm. ij. cepar. ſub ciner. coct. Unc. ß. M. f. cataplaſma. *aliud.*

§. 6. Et ruſtici noſtrates pro ſummo remedio domeſtico contra peſtem habent *buſon. exſiccat.* bubonibus ſc. in modum empl. aq. ſcorzon. rut. caprar. aut card. bened. priùs marcerat. impoſitos. In *bufone* latet *arcanum* & ſecretum *veneni cujuscunq; exſtingvendi*, ait Celeberrimus Vir *P. I. Faber, L. V. Panchym, c.* 8. p. 630. *ſeq.* Oportet autem comburere *bufones* & in cineres converrere forti, & potenti igne, & ex cineribus eorum, aq. card. ben. macerati, ter vel quater rectificatis, extrah. ſal, & ipſum purific calcinando & ſolvendo ipſum multoties in ipſa aqua card. ben. donec clarum & liquidum fiat. Doſis ſcrupul. iij. in aqua card. ben. Pellit cum veneno ſudorem, omnemque maſſam ſangvinis purificat.. At mallem, bone *Faber*, minorem doſin. Quorſum enim ſcrupul. iij.

§. 7. In *Medicina experiment, Digbæana P. II. p.* 139. *ſeq arcan. buſon.* ſeu *quinta eſſentia*, revelatur, quæ hæc: Collige M. Jun. *bufon. major.* & ſenior. eosque ſoli expon. donec omnino torrefacti *arcan. bufon.*

refacti. Hunc calcina, extrahe, cum aq. calid. ben. ſal fix. quod filtr. & coagul. denuo calcin. leniter, diſſol. filtr. & coagula, donec ſal ab omnib. fecib. purum & albiſſimum evadat. Quod in ſpiritu fl. aurant. ſeu aqua theriacal. diſſolv. S. ad uſum.

Nobile alexipharmacum internè ſumtum ad drachm. j. etiam externe applicat. *cancroſas peſtilentialesque bubones & carbunculos* ſanat.

extrahit venen.

§. 8. Imponitur etiam *bufo* exſiccatus parte, quâ venter eſt, *anthracibus*, ſeu *bubonibus*, aliisque venenoſis *apoſtematibus*, in aceto parùm maceratus, ad eliciendum venenum, quod adeò feliciter præſtat, ut, attractô venenô, intumeſcat, ſcribente *Schröd. L. V. Pharm. p. m. 171. Baſil.* im Triumf-Wagen des *Antimon. p. 66.* Imo applicantur in omnibus *febribus malignis* glandulis ſub axillis & ingvine, inuncti oleô M. Ducis Hetruriæ. *Eph. Cur. Germ. ann. I. obſ. 57.*

in febb. malign.

Mulomedicina.

§. 9. *Buſon.* cum aqua & vin. p. æq. coct. Mulo Medici ad *ſcabiem* equor. commendant. Imò omnium quadrupedum morbis *capram* ſolidam cum corio & *buſon.* coct. mederi reperimus, ait *Geſner. l. c. 64.* Uſtus *bufo falconi* in cibo datus prohibet, *ne pennæ* à tineis exedantur. *Ionſt. l. c. p. 189. a.* Sunt, qui novo fictili incluſum in medio ſegetum obruunt, ſicque *tempeſtates* noxas arceri credunt. Officulum *bufonis* in dextro latere *Venerem* ſtimulare dicitur. *Cor bufonis* appenſum contra *quartanam* commendant, at quô ſucceſſu, videant ipſi.

tempeſtates arcet.

in quartana

Epilogus:

§. 10. Tantùm de *bufone*. *Interea, quisquis hæc legis, ubi pariter* certus es, pergas *mecum, ubi pariter* hæſitas, quæras *mecum, ubi errorem* tuum cognoſcis, redeas *ad me, ubi* meum, revoces *me.*

S. Auguſtin. L. I. de Trinit. c. 2. §. 3.

Interim Soli

DEO GRATIAS!

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google